



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**In Divvm Hiob Brevissima, Iohannis Bvgenhagij Pomerani  
Scholia, quibus ueteris tralationis nubila dispelluntur**

**Bugenhagen, Johannes**

**Argentorati**

**VD16 B 9326**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36500**



Th. 378.

no  
e  
w  
t  
fa  
re  
id  
son  
rt  
or  
c  
T  
n  
n  
ubi  
an  
no  
m  
ms  
z  
pi  
ster  
le  
ru  
n  
s  
si  
ci  
d  
n  
o  
m  
ar  
m  
m

Antonio blanckbyell, comparatus A<sup>o</sup>  
: 1. 5. 2. A. :

# IN DIVVM

HI OB BREVISSIMA,  
IOHANNIS BVGEN


hagij Pomerani Scholia,  
quibus ueteris tra=  
lacionis nūbila  
dispellū=  
tur.

~~latibus~~ ~~Estim~~



ARGENTORATI

M. D. XXVI.



# ANNOTATA

TIONES IO. BVGEN. PO

MERANI IN HIOB.



REDO HIOB ANTE legem fuisse, sed non laboro, quocunque loco & tempore fuerit. Nos ea libenter ignorabimus, quæ spiritus nos uoluerit ignorare, nihil ad pietatem pertinentia.

Meditemur ea diligenter, quæ aperte ad consolationem nostri scripta sunt, Vt, quod fuerit Hiob simplex, rectus, &c.

## CAPVT 1.

Vir erat in terra Hus noie Hiob. Et

Genesis. 22. Melcha peperit ipsi Nachor Hus primogenitum, & Bus secundum, à quibus terræ cognominatae sunt. Vnde Hiob. 32. Helin Busites dicitur. Hinc putatur Hiob ex fratre Abraham Nachor descendisse. Sunt qui putant eum esse Iobat, de quo Gene. 36. quasi similia sint, quum tamen Hiob ab I incipiat, Iobat uero à 7.

Simplex) id est, omnia deo committens. Et agens  
A 2 intene

Simplex

A N N O T A T.

Rectus

in tenebris) Sic Abraham sequebatur deum nesciens quod  
aret. Rectus. i. non solum tribuens unicuique suum,  
sed & egenis succurrens, & omnibus omnia factus, ut  
uidebis. Quod autem sequitur, & timens etc.) expositio  
est precedentium. Natiq; sunt ei etc.) Gloriam &  
diuitias ipsius Hiob primū describit, ut cognoscas uir-  
tutem patientiæ eius in aduersis sequutura. Inter om-  
nes orientales) s. terræ Iudææ. Nam sic scriptura de-  
scribit loca respiciendo Iudæam. Cumq; in orbem  
transissent dies) .i. reuoluti essent dies. Sanctificabat  
illos) Hic uides pietatem Hiob, q; timuit deum non so-

Sanctum lum in se, sed etiā in filiis. Sanctum enim dicitur, quod  
quid. ab usu prophano separatum, soli domino consecratur.  
Sanctificabat ergo, id est, deo purificabat, mittens san-  
cta monita per nuncios ad eos, et offerens holocausta.

Sanctifi- Per singulos).i. singulatum uel p. singulis. Nos san-  
care. ctificamus quoq; , si quos uidemus aut timemus pecca-  
re, sanctis doctrinis monemus. Sic Christus Iohan. 17.

Offerre Pater sanctifica eos. Et quum in occulto pro eis quoq;  
holocau- oramus, quod est holocaustum pro eis offerre. Dice-  
stum. bat enim) id est, cogitabat secum in corde. Ne forte)  
s. timeo. Benedixerint) pro maledixerint. Sic inueni-  
mus quandoq; , & uidemus uulgatum fuisse, ut contra-  
rio uerbo uitaretur blasphemia dei. Vide 3. Reg. 21. Sic  
postea dixit uxor Hiob: Benedic deo etc. Ne forte  
benedixerint Deo in cordibus suis) Etiam si à uerbis  
& factis

& factis abstinuerint. Quadam autē die quū uenif-  
 sent filij dei) Filios dei angelos intelligo, qui assistunt  
 corā domino. Iuxta illud Danielis: Millia milliū mini- Daniel. 7.  
 strabant ei, & decies millies centena millia assiste-  
 bant ei. Fuit inter eos etiā satan) Et ipse quoq; nūcius dei  
 est, ut in Psalmo. Immissiones per angelos malos. Et Psal. 77.  
 Apoc. 12. Proiectus est accusator etc. Hic nota adagiū,  
 Et Satan inter filios dei. Solet enim ferē turbator paās  
 uel homo uel diabolus adesse, ubi adsunt in conspectu  
 dei filij dei, id est pacifici. Matth. 5. Circuiui terram. 1.  
 Petri. 5. Estote sobrij & uigilate, quia aduersarius ue-  
 ster diabolus etc. Nunquid frustra Hiob tim.) Facile  
 est timere & colere deū, dum interim Deus tanta dat.  
 Sicut filij Israēl in deserto laudauerūt deū tanta gloria  
 liberati in mari rubro, sed cito recesserūt à deo, ut &  
 saepe aliās. Vide Psal. 105. Operibus manuū eius be-  
 nedixisti) id est, quicquid facit Hiob tu prosperū red-  
 dis. Sed extende paululū manum) Aduerte impieta-  
 tem diaboli, qui nititur deum ostendere mendacē sicut  
 ab initio. Hoc imitantur oēs impij, id est, qui non cre-  
 dunt deo. Diligenter notandū, quod dicit: Extende tu  
 etc. quū tamen ipse sit percussurus Hiob. Sic & Hiob  
 postea loquitur: Dominus dedit, dominus abstulit.  
 Non dicit diabolus abstulit. Item, manus domini tetigit  
 me, non dicit, diaboli. Opus enim dei est, etiamsi diabo-  
 lus percutiat pios. Et propterea hanc gloriam dant

A 3 deo in



A N N O T A T.

deo in aduersis. Nisi in faciem benedixerit tibi) Imperfecta quidem, sed uidetur oratio esse imprecantis sibi. ut subaudias, disperiam, uel simile, uidebis tum.

Tantum in eum ne extendas manum tuam) Vide q̄ diabolus nō possit plus quā à deo permittitur. Quid ergo timemus? Sabei) Arabes. Ignis dei cecidit è caelo) Hic uides quod possit etiam in aëre operari diabolus & ignem demittere. Chaldei) Babylonij sunt. Nota quod simul omnibus calamitatibus obruit uirū sanctum ut à statione sancta deiiciat. Mittit quoq; nuncios simul ferè, ne quid horum ignoretur. Non enim tam gaudebat diabolus perdidisse quæ erant Hiob, quā nitebatur inducere eum, ut in faciem ipsi Deo malediceret & blasphemaret. id quod nunquam est affecutus, ut uerax Deus, diabolus mendax inueniretur. Item, ut nihil suæ calliditatis omittcret, seruauit ipsi Hiob uxorem, non in solatium, sed in doloris augmentum, ut uides. Et præterea amicos quoq; qui ad consolandum uenerant, subuertit. Nudus egressus sum de utero) Nudus, non solum sine uestimento, sed etiam sine possessionibus. Reuertar illuc) s. unde ueni, hoc est in terram. Gen. 3. Puluis es & in puluerem reuerteris. In Psal. 145. Exibit spiritus eius & reuertetur in terrā suam. Dominus dedit, dominus abstulit) Hiob non maledicit diabolo, sed benedicit deo. In omnibus his) s. præmissis. Hoc dicit scriptura, & in secundo

eundo capite repetit, quasi aliud dictura capite tertio.

## CAPVT II.

Factum est autē cum quadam die.

Et adhuc retinens innocentiam) Postquam omnia amisit. q. d. iam apparet maior innocentia. Antea uidebatur me honorare propter ea quæ dederam, iam oīa ablata sunt &c. Vt affligerē eum frustra) Frustra dicit, quia non est inuentū in Hiob quod quærebatur à diabolo, scilicet ut malediceret deo, sed adhuc retinet innocentiam. Alioqui non frustra percūssus est, Deus enim nihil facit frustra, nempe ut haberemus exemplū patientiæ eius, & exemplum gratias agentis in aduersis. Pellem pro pelle) Adagiū: pellem s. alterius, pro pelle s. sua. Dabit homo) .i. non interim curabit dum alij tanguntur, dum ipse non tangatur. Anima) uita.

Benedicat) pro maledicat. Ecce in manu tua est. i. do tibi potestatem. Veruntamen animā illius serua) id est, ne occidas eum. Testa) non linteo. Sedens in sterquilinio) id est, fimo, stabulo. Aduerte quod simpli- citas quæ coram deo est innocentia, sicut uides in præ simpli- missis, coram mundo est stulticia. Hinc uocabulū sim- plicitas & simplex, pro stulticia & stulto sepe in scri- citas. pturis accipitur. Dixit autem illi uxor sua) Aduerte stulticiā huius uxoris, quæ, quamuis intellexit Hiob seruari à domino, eo qd' gratias ageret deo, tamē hoc

A 4 ipsum

A N N O T A T.

ipsum malum esse Hiob, ubi melius esse iudicat mori  
 & ut hoc eligat Hiob, utitur ipsa impijssima persua-  
 sione. Si bona suscepimus de manu domini. Quum  
 utrunq; ueniat ex manu Dei, & utrunq; cooperetur  
 diligentibus deum in bonum.

C A P V T III.

Post hæc aperuit Hiob os suū & male.

Varia hic scribunt, quibus nituntur excusare male  
 dictionem hanc, non audentes peccatum ascribere illi,  
 quem dominus iustum prædicat, quasi etiã iustus non  
 septies cadat in die. Possent autem eo detorqueri, quod  
 omnia primæ nostræ natiuitatis sint maledicta. quia in  
 peccatis, & ad peccata & misérias nascimur. Sed hic  
 liber ostendit mihi palàm Hiob peccasse, & hoc ipsum  
 inter peccata sanctorum referendum censeo: quamuis  
 uehemēti dolore uictus, in hæc nulla malicia prorupe-  
 rit. Idcirco bis ante scriptum est: In omnibus his non  
 peccauit Hiob labijs suis, neq; stultum quicquã contra  
 deum locutus est. Hic uero scriptura non excusat, tan-  
 tũ abest ut laudet. Imò sic præfatur: Post hæc aperuit  
 Hiob os suum & c. q. d. aliter aperuit quàm ante. Ve-  
 rum hic scriptura iudiciũ relinquit deo, ostendens ta-  
 lia non esse iudicij humani. Et ne mihi obijcias quare  
 uitar argumento ab autoritate negatiue: Dico hæc  
 esse, de quibus Hiob cap. 6. excusat dicens: Quæ est  
 enim

enim fortitudo mea ut sustineã? aut quis finis meus ut  
 patienter agam? &c. Quid enim non patitur, qui etiã  
 deum ipsum sibi uidet aduersarium? Id quod cõtingit  
 tam grauius tentatis, ut etiam Christus se derelictum  
 clamauerit. Hęc uides cap. 7, 9, 10. Et deprecatur Hi-  
 ob ne sit deus aduersarius cap. 13, 14. Præterea dico,  
 hęc esse de quibus pœnitentiam agit, ubi audit domi-  
 nũ dicentem cap. 39. Nunquid qui contendit cũ deo tã  
 facile conquiescit? etc. Vnũ locutus sum, quod utinam  
 non dixissem, & alterum, quibus ultra non addam. V-  
 num quod maledixi diei meæ. Alterum, quod sæpe ex  
 postulauì cum deo, quare etiam flagellaret innocentẽ  
 Et cap. ult. Scio quod omnia potes, & nulla te latent,  
 etc. Iccirco per hęc nihil decepsit iustitiæ Hiob, nõ im-  
 putante deo, qui est scrütator cordium & renũ, qui  
 & in fine libri pro eo contra amicos eius pronũciat,  
 dicens. Iratus est furor meus in te, & in duos amicos  
 tuos &c. Verum hoc agit ubiq; constanter Hiob, ut ñ  
 nullo cedat aduersarijs, qui nitebantur ostendere eũ  
 suæ iniquitatis & hypocrisis à deo suscepisse pœnas,  
 quorum iudicium iniquum erat, non solum quod sibi  
 nihil conscius erat Hiob. Verum etiam q; ipsi, quæ i-  
 gnorabãt, iudicabant, & innocentem condemnabant  
 Quibus iuste ait cap. 17. Absit à me ut uos iustos esse  
 iudicem &c. Iniustus enim est qui propter impiorum  
 maledicta agnoscit quod non deliquit.

Vera  
 pœniten-  
 tia.

Iniustus

A 5 Hic obij=

A N N O T A T.

Hic obijcitur mihi, q̄ maledicendo diei suæ, non peccauit, quia dicit cap. 6. Quare detraxistis sermonibus ueritatis? & c. Et nihil ante corā amicis dixisse, legitur, quā quæ sunt cap. 3. ubi maledicit diei suæ. Respondeo, quod amici non arguunt Hiob, q̄ nolit se esse natum, aut uelit mox natum se perijisse (Sentiunt enim & ipsi, ut uidebis, melius esse impio, quem Hiob iudicant, si natus non fuisset, indignū quoq; qui uiuat, nisi pœnitentia redeat ad dominum) sed hoc arguunt ut uidere est per totum librum, quod dixerit, Nonne dissimulaui? nonne silui? nonne quieui? & uenit super me indignatio. Quod et alibi sic dicit, Non peccaui et in amaritudinibus morabitur oculus meus. q. d. hoc in iustum est. Hic nullus hominum poterit eum arguere, nihil enim erat sibi conscius, sed nō in hoc iustificatus coram Deo, sicut et ipse fatetur cap. 9. Quod uero addit cap. 6. Præbete aurē & c. eodem pertinet, Vos, inquit, absq; contentione dicite, Ego cādide & absq; iniquitate respondebo. Id quod & fecisse eū uides. Ita, ut nihil in uiro tātis uerborū blasphemijs impetito, inuenire potuerint iniquitatis, nisi quod falso putarunt eū sibi iustū uideri cap. 32. Postremo, si nusquam nutasse Hiob in tanta uolunt tentatione, quod quæso exemplū nobis propositum est? quæ uirtus ostensa dei in tribulato? Ita scilicet sanctos extollimus, ut eorū, nō dei uirtutem prædicemus. Prædicatur autē dei uirtus in sanctorum

Et orū infirmitate, sicut fatetur qui dicit in Psal. Tenui =  
 sti manum dexteram meā. Et quā mirabilem dei de =  
 ductionē siue ductum in isto Hiob uidere licet, et prae =  
 terea falsam & erroneam sanctitatē & sapientiā in  
 amicis ipsius. Sanctissimis enim sentētis impetunt Hi =  
 ob quasi iniustum, & tamen ipsi iniusti, pronuntiātē  
 deo, cap. vlti. Sed ipsis quoq; poenitentia conceditur.  
 Heliu autem relinquitur. Nouit enim deus qui nō o =  
 mnino pessimo animo impugnant ueritatē, & qui sola  
 arrogantia ducti, expūgnare nitūtur quod nesciunt.  
 Id quod elegantissime hic cap. 32. descriptum uides.

Post hęc aperuit Hiob os) q. d. aliter aperuit quā an =  
 tra. Pereat dies) id est, maledicta sit dies. In qua di =  
 ctum est) s. de me. Dies illa uertatur in tenebras) id =  
 est, non sit dies. Nō requirat eum deus, id est, igno =  
 retur à deo, deus nesciat eum, maledicta sit. Non illu =  
 stratur lumine) sicut suprā, uertatur in tenebras. Te =  
 nebrofus turbo) tempestas. In diebus) inter dies, Sit  
 solitaria) non cōputetur cum alijs. Maledicam) s.  
 homines. Ei) nocti uel diei. Qui maledicunt) maledi =  
 cere solent. Suscitare) s. sua maledictione. Leuia =  
 than) diabolus. Qui maledicunt diei. Ex hebræo.  
 Expectātes orbari de sociatate sua, hoc est, omnes qui  
 odio habent hanc uitam desperantes. Expectet lucē  
 et nō uideat) illa nox maneat in tenebris eternis. Ostia  
 id est, uuluum. Ventris qui por. me) uentris matris

mcc

Nihil d =  
 git hic  
 Gregor:

A N N O T A T.

mea. Nec abstulit mala ab oculis meis) fecit ut uiuerē

Quare nō in uulua mortuus sum?) sicut abortiuū.

Cur exceptus genibus? s. nutricis. Nunc enim) s. si nō conceptus uel natus fuisset, aut statim periisset.

Dormiens) mortuus. Silerem) essem in quiete. Cum regibus) qui mortui sunt. Qui edificant) edificare solent.

Solitudines, id est, desolatas & ruinosas ciuitates & castra. Replent) replere solent. Aut si requiescerem: Non subsisterem) iam non essem. Ibi. s.

in morte. Robore) a robore. Et quondam uincti s. qui fuerūt. Nō audierunt s. illi mortui qui uincti erant

Exactor

Exactoris. i. oppressoris. Exactor, qui in hac uita opprimit, deijcit in carceres, cogit ad labores, aufert pecuniam, illic non auditur. Et uita s. quare data est?

Qui expectant mortē) qui cupiunt mori. Sepulchrū. i. mortem. Viro s. quare data est lux? Cuius abscondita est uia, id est, qui ambulat in tenebris afflictionum. Et circundedit eum deus tenebris, idem.

Antequam comedam suspiro, id est, ne cibus quidē mihi dulcis est. Et quasi inundantes aquae) sua inundatione sonātes. Rugitus) clamor. Quia timor) Ecclesi. 11. In die bonorum ne immemor sis malorum.

Nonne dissimulaui? & c. hoc est, in honoribus & diuitijs nō superbiui, iniurias cōtempsi, plagam dei iam dissimulanter tuli, & tamen ipse deus quoq; aduersa uabit, tur. Ex Hebræo aut. Non prosperatus sum, non ociosus fui

sus fui

fus fui, nō quieui. Hæc est summa pie uitæ, contra quã disputant amici. Non prosperatus sum, quia etsi prosperitas mihi uidebatur adesse, tamen nihili duxi. Imò timor quem semper in prosperitate habui, non permisit me prosperitate frui. Indignatio s. Dei.

## C A P V T I I I I.

Respondens autem Eliphaz Theman.

Eliphaz Themanites. i. qui erat à Theman, Ad hoc autē nituntur sua disputatione, ut ostendant Hiob esse impium. Sed conceptum sermonem tenere quis poterit? id est, quis poterit tacere? Contra Paulus. Spiritus prophetarum prophetis subiecti sunt. Manus lasas i. infirmas. Manus lasa est que deficit à bono, que roboratur. quum sancta admonitione ad bona alios hortamur. Vacillātes. i. dubitantes in fide. Genua tremētia, id est, que debiliter inceserunt in uia Dei.

Conturbatus es, id est, qui alium doces, teipsum non doces. Seminant dolores. i. sunt oppressores. Flante deo deo persequente uel irascente. Spiritu iræ eius, id est, furore eius. Bonæ sententiæ Eliphæ, sed tendunt ad malum finem, ad cōclusionem, ut ita dicam, malam. Quod præcipue & unice spectandum et obseruandū est. Rugitus leonis & uox leonæ) per hæc animantia oppressores aliorum significat. Eo q, non haberet prædā) eo q, non liceret ei rapere. Per tigridem significantur

ut lega=  
mus Hi=  
ob absq;  
offendi=  
culo, qd  
nrã ha=  
bet trās  
la.

1. Cor.

14.

Manus lasa.



A N N O T A T . I

ficantur, qui ex nullo uictu uiuunt nisi ex præda. Et ca-  
tuli leonis dissipati sunt. s. qd' non haberent prædam.

Porro ad me dictum est uerbum absconditū. De uisi-  
sione hac nocturna accipit sententiā Hiob cap. 6. Ad  
increpandū tantum eloquia cōcinnatis, & in uentum  
uerba profertis. Ad Coloss. 2. Nemo uos seducat in re-  
ligione angelorum. 1. Ioan. 3. Omni spiritui nolite cre-  
dere. Nititur etiā Hiob sententijs diuinis opprimere.

Dictum est uerbum absconditum. i. reuelatum est à  
deo. Et quasi furtiue. i. abscondite. In horrore uisi-  
onis nocturnæ nocturnas uisiones magis horrescimus  
Et cum spiritus. s. aliquis. Inhorruerunt pili. Stete-  
runtq; comæ. Auræ lenis. i. leniter mihi locutus est.

Nunquid homo dei comparatione iustificabitur? )  
Hanc dicit sententiā spiritus flatu sibi reuelatā, certe  
in se bonam, nisi ipse qui dicit abuteretur. Nunquid  
ho.) Sentētia est. Tametsi iustus ò Hiob tibi uidearis,  
tamen coram deo nemo iustus est. Iustificabitur ) iu-  
stus erit. Qui seruiunt ) uel angeli uel pij. Et in ange-  
lis suis repperit prauitatē. Sicut Christus dicit. Vide-  
bam satanam de cælo tanq̄ fulgur cadentē. Qui ha-  
bitant domos luteas. i. qui habitāt in terris in hoc mor-  
tali corpore. Consumuntur. i. intus in corde peribūt  
Tinea intus consumit antequam consumptio foris ap-  
pareat. Sic pereunt impij intus infidelitate, antequam  
damnatio eorū foris conspiciatur. Est autem graue  
argumen

argumentum contra Hiob, cuius impietas iam quoque  
 apparebat foris. De mane usque ad uesp. i. breui peri-  
 bunt. Et quia nullus intelligit. s. ea quae dei sunt. Qui  
 autem reliqui fuerint auferentur ex eis. s. impijs. Et  
 non in sapientia morientur. i. absque cognitione dei.

## C A P V T V.

**Voca ergo si est qui tibi respondeat.**

Voca ergo. Adhuc sunt uerba Eliphæ. Ex hebreo  
 Clama nunc si sit exaudiens te. Et ad quem de sanctis  
 facies te uertere? hoc est, ne unus quidem ex sanctis  
 pijs exaudiet te uel respondebit tibi uidens impietatem  
 tuam. Cur enim non contemneret pius homo, quem etiam  
 deus contemnit? etiam si tibi iustus uidearis. Quisquis  
 sanctus est abhorrebit ab errore tuo, et non potest tibi  
 consentire nisi impius. Noli o Hiob indignari contra  
 sermones ueritatis. Virum stultum interficiet etc,  
 Ne mireris quod ego dure loquor contra tuam impietatem  
 cum amicus sim. Non enim me aliud decet, ex pijs  
 sum non ex impijs. Et quis piorum siue sanctorum in hoc  
 te audiet uel respondebit tibi? Et non potius cum tua  
 impietate te deseret et contemnet?

Propositiones in capitis interpretationem

Sanctorum inuocationem, ut hodie iactatur, hic Prop. I.  
 probare non licet.

Consilium hoc, est Eliphæ seu irrisio siue ironia: II.  
 Etsi

A N N O T A T.

- III. *Etsi sententias sanctas quandoq; proferat, consili-  
um tamen eius non probatur.*
- IIII. *Tūc sancti non erant in cœlo nisi angelos cogites:*
- V. *Sanctos absolute, ego nescio in scripturis pro an-  
gelis poni, sed pro sanctis hominibus.*
- Sancti* VI. *Sancti in scripturis dicuntur iusti, siue credentes  
in terris. Psal. 15. Sanctis in terra eius. Et in Paul. San-  
ctis qui sunt Romæ.*

*Virum stultum. i. ipsum iratum. Et parvulum. s.  
in fide, hoc est, stultum. Invidia. s. sua. q. d. Noli ò Hi-  
ob irasci. Ego uidi. s. quandoq;. Firma radice, id est  
omnibus possessionibus huius mundi abundare. Meta-  
phora ab arboribus. Maledixi pulchritudini eius, id  
est, displicuit mihi eius prosperitas ut impia. Nā ego  
scio talia esse ad damnationē. Longe fiēt filij eius à sa-  
lute. i. non saluabūtur. Psal. 36. Semē impiorū peribit.*

*Et cōterentur) opprimentur. In porta, in loco iu-  
dicij, in iudicio. Vide Psal. 9. Qui eruat. s. filios. Mes-  
sem) fruges uel bona. Famelicus. i. raptor. q. d. sicut  
tibi ò Hiob accidit. Armatus) idem, Nihil in terra  
sine causa fit) Hęc sententia generalis non habetur in  
hebræo. Dolor. i. afflictio, labor, iniquitas. Nō egre-  
diatur. s. sine causa. De humo nō egredietur dolor)  
Non potest addi sine causa, quum sententia præcedēs  
non sit in hebræo. Et nisi legas per interrogationem,  
non intelligo, nec uideo cōuenire contextui, Putas ne  
q. de hu-*

quod de humo non egredietur dolor? Quū ferē fiat ut alij ab alijs rapiant. Quū etiam homo nascatur ad laborem. Vel, Nihil in terra sine causa fit. Quia non egredietur de puluere iniquitas, & de terra nō germinabit adflictio. Sentiētia. Labor & adflictio non esset in terra nisi in eo esset homo. Quamobrem de precebor, hoc est, Et si tu Hiob me dedigneris audire, tamē ego corā deo iusta loquar. Qui dat pluuiā) illa promirabilibus ponit. Hic aut cognoscit Eliphaz deum ex uisibilibus istis, ad Roma. 1. Solet deprimere s. ut o Hiob te depresso. Et mœrentes, id est, calamitosos.

Sospitate) sanitate. Qui dissipat cogitationes ma P sal. 145.  
lignorum) Sicut in P sal. In eo die peribunt omnes cogitationes eorum. Qui dissipat s. ne possint hoc quod cogitauerūt implere. Qui apprehendit) 1. Corin. 3. Id est, deprehendit eos in malo consilio, sicut comprehenditur fur in furto. Per diem incurrent tenebras, id est, in ipsa luce nihil uidebunt, hoc est, Non intelligent etiam si aperta ueritas eis obijciatur. Egenum, id est, depressum. A gladio) Gladiū oris dicit, quem admodum in Psalmo: Lingua eorum gladius acutus. P sal. 56.

Violenti) oppressoris. Et spes egeno erit s. corā deo. Iniquitas aut contrahet os suū, Idem est quod in P sal. Et omnis iniquitas oppilabit os suum. Beatus homo qui corripitur à domino) Tu Hiob in corre P sal. 106.  
ptione auges tibi damnationē, que tibi esset purgatio

B si patien

A N N O T A T.

si patienter ferres. Hoc autem uult concludi, Quia hoc non facis, ergo impius es. Et medetur) Sicut. 1. Reg. 2. Dominus ducit ad inferos & reducit. In sex tribulationibus liberabit te) In sex tribulationibus potes intelligere quae sequuntur. Et errat Eliphaz in hoc, quod ne ullam quidem spiritus tribulationem ponit, a qua eruat dominus. Sed externis solum inhaeret, ut uides in multis. Aut intellige, In sex tribulationibus. i. in multis & saepe liberabit te. Et in septima. i. tandem bono fine concludet.

In fame, id est, tempore famis, ut non moriaris fame.

A flagello linguae absconderis, id est, ne occidaris ab impiorum lingua, hoc est, concilium malorum non praeualebit aduersum te. Calamitatem scilicet quamcunque.

In uastitate. i. destructione, bello. Et fame ridebis) nihil curabis famem. Et bestias terrae non formidabis scilicet quia non nocebunt tibi. Sed cum lapidibus regionum pactum tuum, id est, etiam lapides tibi seruiunt uel afferent fructum. Hyperbole est, hoc est, omnia erunt tibi pacifica, etiam lapides, tantum abest ut bestiae, famem &c. tibi noceant. Tabernaculum tuum) domus tua.

Et uisitans, id est, intrans. Speciem. i. pulchritudinem. Species est pulchritudo domus, & accipitur pro ipsa suppellectili, & omni quod est in domo. Item pro uxore domus, sicut dixi Psal. 67. Et speciei domus diuiserit spolia. Item potes interpretari speciem tuam, id est, domum tuam. Sententia autem est. Uteris tuis absque peccato,

Species

peccato, & dabit hanc gratiã deus, ut non solum non indigeas alienis, sed ne cūpias quidē alterius uel bona uel rem. Hec omnia conueniūt sequentibus. Multiplex erit semen tuū. i. multos habebis filios. Quasi herba terræ, sicut lilia agri s. pulchri erunt. Ingredieris in abundantia, id est, diues eris. Sed in Psal. 49. Diues non sumet omnia secum. Tempore suo, id est, post messem. Quod auditum s. iam à te. Mente diligenter pertracta s. quæ sint ista.

## CAPVT VI.

Respondens autē Hiob dixit. Utinam

Utinam & c. q. d. Non sum mihi conscius, tamen deus nihil facit sine causa. Si percussit me propter peccatum, ut uos dicitis, neesse est peccatum esse grauissimum, quia sequuta est poena grauissima. Grauior, id est, numerosior. Sagittæ, poenæ. Grauiissima est angustia & ad desperationem uergens, ubi & ipse deus uidetur aduersari. Ebibit spiritū meum, id est, ad desperationem uite usq; attigit. Nunquid rugiet ónager cum habuerit prædam, aut mugiet bos & c. Quæ omnia abundant, non querimur, Ita non erat mihi conquerendū in prosperitate, sicut iam uos non conqueri potestis, quia non estis in afflictione. Quum uero incidimus in calamitatē, frustra nobis dicitur ut libenter feramus. Hoc est quod dicit: Aut poterit comedi insulsum.

B 2 sum.

A N N O T A T.

Sanctus  
de Deo.

sum. Aut s. nunquid. An̄e) homini. Quae prius  
nolebat tangere anima mea, id est, ego satur or iam op  
probrio, angustia, etc. Quis det ut ueniat petitio mea)  
Hoc precatur ne prologetur angustia, sed grauius pu  
niat adhuc deus, ut citius interimatur. Quis det, id est,  
utinam det. Sic postea ca. 31. Quis det de carnibus eius  
ut saturemur. Soluat) non teneat manum suam, per  
cutiat. Succidat me) uelut arborem inutilem. Nec  
cōtradicā sermōibus sancti) Hoc quoq; optat ut deus  
det sibi, patientiā quam non habet. Sermonibus san-  
cti. Sanctus absolute de Deo quando dicitur, significat  
non tam sanctum in se, quā sanctificantem. Hinc se-  
pe dicitur Sanctus Israël. Sic & Apostolus uocat iustū  
& iustificantem Rom. 3. Sermonibus, id est, senten-  
tiji. Quae est enī fortitudo mea? id est, ego non possū  
sustinere. Nec fortitudo lapidū fortitudo mea, id est,  
non sum lapideus. Qui tollit ab amico) Hoc contra  
amicos. Fratres) amici. Præterierūt) nihil curan-  
tes me. Qui raptim transit) et nō reuertitur. Qui  
timent pruinā, id est, qui timet minus periculum, inci-  
det in maius. Ex hebræo. Qui timet ob caluiciū, irruet  
super eum nix. Et est sententia quae est in prouerbij.  
Quod timet impius, ueniet super eū. Q. d. Hiob: iam  
amici mei timent maledictionem si agant mecum quasi  
cum impio: & incurrunt maledictionem, quia negant  
misericordiā calamitate oppresso. Tempore quo fue-  
rint dis-

rint dissipati, id est, tempore afflictionis. Soluentur de loco suo s. uelut nix. Inuolutæ sunt s. tempore quo fuerint dissipati. In uacuum, id est, frustra. Considerate semitas Theman, itinera Sabba, id est, amicorū ex his locis uenientū. Irrisio est siue ironia, p̄inde atq; si diceremus, Rūstici Kembingenses ueniūt docere nos. Theman est Idumæa. Omnis australis regio he Theman. Sabba, pars Arabie felici, ubi Sabba. & metropolis Sabba dicitur. Themanitæ scribuntur sapientiæ dei ignari Baruch. 3. Semitas uias, cōuersationem. Theman & Sabba, id est, indoctorū. q. d. Vos uenitis ex Theman et Sabba & uultis docere me. Sarraceni sunt rudes & crudeles homines adhuc hodie. Confusi sunt quia speraui) ista est grauißima ignorantia eorum & insipientia, q̄ confunduntur ex hoc, ex quo solo deberent uidere iusticiã meam s. quia speraui. Sic etiã confundebatur uxor eius. Cooperti sunt pudore s. propter meam p̄enam. q. d. tam indocti sunt ut nesciant pati sanctos quoq; , non solū impios. Docere me s. uos sapientes. Quare detraxistis hoc supra exposui. Super pupillum, id est, me desolatum. Et loquentes id quod iustū est, id est, non iudicate secundum externa. Et non inuenietis s. amplius, quantum ad iudicium uestrum pertinet.

## CAPVT VII.

Militia est uita hominis super terrã. &

B 3 Militia



A N N O T A T.

Militia est hominis uita, id est, pugna aduersus tentatiões siue in prosperis siue in aduersis. Et sicut dies mercenarij) Mercenarius libeter uidet finem diei, & pauper finē uitæ. Famulus quoq; refrigeriū et umbrā desiderat post laborē. Sicut seruus s. calore æstuās.

Vacuus, id est, absq; fructu. Nihil aliud habeo nisi laborem, mercedē non habeo. Menses) tempora. Si dormiero, id est, ne somnus quidē quietus est, hoc est, Semper ero incertus uitæ meæ. Et rursus expectabo uesperam s. postquam surrexi. Contracta est s. deficiente carne & succo eius. Sic alibi. Pelli meæ adhæsit os meū. Dies mei uelocius transierunt) Sic Ezechias in cantico. Præcisa est uelut à texente uita mea. Et non reuertetur oculus s. soluta uita. Bona s. huius uitæ. Aspiciet me s. in terra. Sicut Ezechias in cantico. Non aspiciam hominē ultra. Oculi tui in me s. erūt. Et non subsistam, id est, si tu me incæperis inspicere, occides. Locuse eius, id est, habitatio eius. Non parcami meo, id est, nō cessabo loqui. In tribulatione spiritus mei, id est, cū angustia cordis mei. Nunquid mare ego. Vide Prouer. 14. Consolabitur me lectulus, id est, in lecto quiescam. Releuabor) refrigeriū accipiam. Suspendium) mortem. Ad hoc alludit, q; quosdam uidemus suspendere se præ desperatiōe. Et mortem s. elegerūt. Ossa mea, id est, corpus. Parce mihi) cessa quæso aut mitius age. Nihil sunt dies, id est, uani

Esaiæ 38.

est, uanitas sunt. Quod magnificas) magni ducis,  
 magni facis. Est uilis res homo & fragilissima, ad quē  
 deiiciendū non opus habes ò Deus, tanta manu, quem  
 ut maxime non percutias, tamen ex se perit. Dilucu-  
 lo) mane. Non expectas usq; ad uesperā. Nec dimit-  
 tis me ut glutiam saliuam) Saliua est uaua res. Senten-  
 tia est. Vita mea est uanitas, & nō permittis me ut uel  
 hanc uanitatē i. uitam utcunq; breuem, deglutiam,  
 id est, finiam. Quid faciam tibi? id est, unde me redi-  
 mam. Contrarium, id est, non consentientē in omni-  
 bus. Et factus sum mihi grauis, id est, ne me quidem  
 ferre possū. In puluere dormiam) moriar. Ma-  
 ne, id est, cras. Non subsistam, non ero.

## C A P V T VIII.

## Respondens autē Baldath Suites, di.

Nunquid deus supplantat iudicium) iusticiā. In  
 manu iniquitatis suae) eorum. Etiam si filij ob iniquita-  
 tem occisi sunt, tu tamen, quia adhuc tibi seruauit deus  
 uitam, poenitentia age. Si diluculo consurrexeris, id  
 est, si mane precatus fueris. Si mundus) Isti sunt oēs  
 praedicatores operū. Incesseris) ambulaueris, con-  
 uersatus fueris. Et peccatum reddet, id est, paci resti-  
 tuet. Multiplicetur numis. i. abundabis posthac: In-  
 terroga generationē pristina, id est, antiquos & pa-  
 tres ante nos. Interrogamus per lectionem historie.

B 4 aut inter

A N N O T A T.

**Deut. 32.** Aut interrogamus eos qui per manus acceperunt. Sic Moses in Cantico. Interroga patrem tuum &c. Hesterni sumus, id est, nos non diu fuimus in mundo. Sicut umbra) quae scito transit. Nunquid uiuere potest scirpus) Scirpo & carecto cōparat hypocritā. Non enim habent radicē, ergo uigor eorū manere non potest. Non ei placebit uiccordia, id est, non gaudebit in hypocrisi sua. Innitetur, id est, curabit ut fortificet domū suam. Et non stabit) quia est aedificata super harenam. Humectus uidetur s. scirpus. Sol. i. aestus. In hortu s. sarpi. Eius s. sarpi, id est, hypocritae. Super aeruū petrarum) super quē non possunt portari. Si absorbuerit, id est, aliquis euulserit scirpū, Aut si mare proiecerit eum. Negabit eum s. locus eius. Et dicet s. locus. Haec est enī leticia uiae eius, id est, nihil relinquitur ei, nisi ut alij scirpi de terra germinentur. Simplicem, id est, innocentē. Nec porriget manum malignis, id est, nec adiuuabit malignos. Donec s. ueniat tempus. Ut impleatur risu os. i. donec rideas. Iubilo, id est, leticia. Donec impleatur, hoc est, Si simplex fueris, restitueris, donec omnia abunde tibi reddantur. Qui oderūt te, id est, inimici tui. Tabernaculum) habitatio.

C A P V T IX.

Et rēdens Hiob ait, Vere scio quod.  
Composi

Cōpositus) comparatus. Sapiens corde est. s. deus. Deus scit et potest quæ vult. Scriptura loquitur more humano, quum deus cor non habeat. Et pacem habuit. s. cordis. Nemo qui resistit uoluntati dei, potest habere pacem. Montes) superbos, id est, cōtemptores dei. Nesciunt. i. nō præcogitauerūt. Quod subuertit. s. deus in furore suo. Et columnæ eius) per similitudinem loquitur, quomodo domus constat columnis claudit stellas, id est, inuisibiles facit. Quasi sub signaculo. i. sigillo. Sicut illa inuisibilia sunt, quæ sigillo clauduntur. Arcturum) polum septentrionalem.

Interiora Austri, id est, polum australem siue antarcticum. Si uenerit ad me, id est, etiā si affuerit mihi.

Si abierit non intelligā. i. ego nesciam eum abiisse. Hoc fit in angustia tali positus. Repente) insperato.

Sub quo curuantur qui portant orbem, id est, inclinantur colūne terræ, ut supra. Nisi quis malit intelligere reges et principes, qui sunt rectores orbis. Quā tus ergo sum ego. s. multo inferior. Deprecabor. s. ne iudicet. Qui etiam si habuero) Paul 1. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum, sed in hoc non iustificatus sum. Nō credo. s. tanta angustia oppressus. Cōteret me in turbine, id est, tēpestate terroris. Dicit quare nō credat.

Etiā sine causa. i. etiam me nesciente quare faciat, non autem quam ipse nesciat. Si fortitudo queritur, s. in aliquo. Robustissimus ipse. q. d. illic inuenitur for

B 5 titudo

A N N O T A T.

titudo. Si iustificare me uoluerō. s. corā deō. Os meū  
cōdemnabit me) Vēlex hoc ipso solo q̄ dico. Ego sum  
innocens. Sicut coram iudicibus ait reus. Si innocen  
tem ostendero, eadem sententia. Simplex) innocens.

Innocēs Ignorabit anima mea) Propterea non possum tuto  
sentētiam pro me ferre. Pau. 1. Cor. 4. Neq; me ipsum  
iudico. Et tadebit me uita mea. s. in tali angustia uel  
ignorantia. Vnum est quod locutus sum) Hoc est qd'  
dicimus. Summa summarum, Vt semel dicam. Inno  
centem, id est, nihil cōscium sibi. Nam apud Deum ne  
mo est innocens. Et innocentem & impium, sed non  
eodem fine. Si flagellat, id est, punit, si uult flagellare  
Occidat semel) nō paulatim, ut finiatur dolor. Nō  
rideat. i. gaudeat q̄ possit punire. Ex hebræo. Si flagel  
lat, occidat statim. In nihilum redigi insontes ridebit,  
& hoc melius conuenit. Terra data est, s. à deo. In  
manus impij. s. uel diaboli uel hominis. Eius. s. terræ.  
& Operit uultū. i. excæcat eos errore. Et hoc miratur  
Hiob q̄ permittit eis, ut possint fortius opprimere iu  
stos. Id est, excæcat oculos eorum ne possint uidere iu  
diciū, ad opprimendum innocentes. Sicut nauē spo  
ma portantes) quæ uelociter pertranscunt propter le  
ue pondus. Quum dixero, id est, cognouero. Nequa  
quam ita loquar, hoc est, tacebo, nolo sic conqueri co  
ram hominibus de Deo. Commuto faciē, id est, pe  
rit species mea. Sicut fit eis qui exæstuant intus. Ve  
rebat

rebar omnia opera mea) Ex hebræo ærumnas meas,  
 s. ex operibus. q. d. ærumnosa et fatigantia opera mea  
 scilicet, ne in aliquo opere peccarem, hoc est, præca-  
 uebam ne peccarem, sciens quod non insonem me iu-  
 dicabis, Si autem & sic) quia ueritus sum opera mea  
 Impius sum, id est, ad impietatem mihi imputatur. In  
 hebræo sic. Ego impie agam, quare istam uanitatem  
 perferam? Si lotus fuero, id est, si etiam mundissimus  
 mihi fuero, tamen corã te non ero mundus. Psal. 142.  
 Nō iustificabitur in conspectu tuo oīs uiuens. Quasi  
 aquis niuis, id est, si fuero albus quasi nix. Manus. i.  
 opera. Tamen sordibus intinges me, id est, immundū  
 me iudicabis, Abominabuntur. i. inquinatum reddēt  
 Neq; enim uiro) sed Deo. Ex æquo) æqua causa, qui  
 possit habere causam ut ego. In sequentibus uidebis,  
 q; Hiob cupiat contendere cum deo. Sed hoc conqueri-  
 tur q; non licet. Non enim est deus ut homo. ut possit il-  
 li respondere coram iudice. Et ipse quoq; ab alio iudi-  
 ce audiri. Iam uero non est alius supra eum, qui possit  
 & me & illum arguere, & proferre sententiam in  
 utrosq; q. d. Si Deus esset ut homo iudex. ego illi respō-  
 derem. Et ponere manum suam. s. iudicando.

In ambobus) contra ambos. Nemo posset nos argue-  
 re, nemo posset iudicare. Virgam) plagam. Hoc dicit  
 de exteriori plaga corporis. Et pavor) de interiore  
 angustia. Loquar, s. tunc. Hic aperte uides q; multa  
 loquitur

A N N O T A T.

loquitur Hiob ex angustia. Cesset, inquit, terror dei,  
& loquar iustissime.

C A P V T X.

Tædet animam meam uitæ meæ, di.

Tædet uitæ) nō libet uiuere. Dimittam aduersum  
me eloquium meum, id est, loquar contra me. Noli  
me condemnare. Ex hebræo. Ne impium me reddas.  
Indica mihi) ego ignoro causam. Nunquid bonū ti  
bi uidetur) Qui es æquissimus iudex, nō te decet, inno  
centem punire, ne uidearis impiorū causam iuuare,  
q. d. Scio q̄ hoc non uidetur tibi bonum, attamen facis  
Si calumniaris, id est, iniuste accuses. Opprimas me,  
s. per sententiam. Opus manuum tuarū. s. mc: Cum  
nemo artificum solet odisse suum opus. Carnes, id est  
humani. Iam uidere est quā apte hæc legant in Vigi  
lijs mortuorum. Aut sicut uidet homo) quando qui  
dem secundum externa tantū iudicat homo. Nūquid  
sicut dies hominis dies tui) Dies homines sunt mutabi  
les, & iam uult hoc, iam aliud. Sicut) quasi ne scias  
uelut homo. Propterea miratur de iudicio dei, qd' si  
cut homo uelit extorquere confessionem delicti. Allu  
dit ad quæstionem. Quæras. s. quæstione. Vbi pœnis  
querūtur delicta à reis, Quæstionē uocant. Et scias  
id est, te scire oporteat. Totum in circuitu, id est, ni  
hil est in me quod non creaueris. Sicut lutum) Sicut  
de Adam

de Adam legitur, id est, memento quã fragilis res sim.  
 Mulisti me in conceptione. De semine loquitur. Lu  
 th. in cõmen. Psal. 21. Generationem carnis penè impu  
 dēter edisserat nisi spiritus pudicissimus loqueretur.  
 Vitam & misericordiam, id est, uitam misericorditer  
 de disti mihi, sine merito, Et uisitatio tua. i. quod non  
 deseruisti me, Spiritum meum, id est, uitam meã. Lo  
 quitur omnino de uita hac animali. Licet hæc cales,  
 hoc est, licet iam uidearis quasi ne scias talia, & occul  
 to iudicio agas contra me. Et ad horam peperasti mi  
 hi. i. à iuuentute. Alibi. Et cõsumere me uis peccatis a  
 dolescentie meæ. Si olim pepercisti, cur non & nũc  
 q. d. quare olim pepercisti cum peccarem, iam punis,  
 ubi non peccem? Si impius fuero s. nunc. Non leua  
 bo caput, erubescam utiq; Reuersusq; s. ad me.

Instauras) producis. Quare de uulua eduxisti me?  
 id est, quare natus sum? Ne oculus, s. hominis. Dimit  
 te me, id est, cõsa percutere. Da spacium pœnitendi,  
 Vel da saltem spacium ut possim plangere, antequam  
 moriar. Antequam uadam, s. per mortem. Ad terrã **Infernus**  
 tenebrosam) ad inferos. Multæ scripturæ ostendunt, **ubi.**  
 inferos esse infra nos ubi puniantur fontes. Vbi um  
 bra mortis) Umbra mortis est ubi nihil uidetur ob o  
 culos nisi mors. Et hæc est grauissima mors, semper  
 uidere mortem, mori, & tamen non mori. Nullus or  
 do) quia sunt inuoluta tenebris.

Caput



A N N O T A T.

C A P V T X I.

Respondens autē Sophar Naamat.

Non audiet? s. aliquando. Aut uir uerbosus iustificabitur) quia in multiloquio raro deest peccatum.

Tibi soli propter te solum. Secreta sapientiæ. s. quæ non intelligis, & nobis non credis. Et multiplex, id est, uarium est iudicium eius. Quidam iam magnus in mundo, exponit, q̄ scriptura possit multipliciter interpretari, sed pessime. Ex hebræo potest legi. Et quod duplex est ad salutem. s. sapientia dei. Ad perfectum id est, ad perfectionē usq; Vir uanus. s. ut tu es. Eri gitor in superbiam. s. contra deum. Se liberum putat s. à iudicio dei. Tanquam pullū onagri) Onager agrestis asinus nō seruit operæ dei. Firmaſti. s. malicia.

Manus tuas. s. in oratione. Aut tu induratus corde, uis contra eū pugnare. Et quasi meridianus fulgor) Esaie 58. Et tenebræ tuæ erunt quasi meridies. Meridianus. i. maximus, sicut est in meridie, hoc est, tenebræ tuæ claritate diei illuminabuntur. Ad uesperam) ubi solet incumbere nox. Et defossus. s. in lecto. Et deprecabuntur faciem tuam plurimi, id est, uenerabuntur, magni te facient multi. Spes illorū. s. erit. Abominatio animæ, id est, quod despicientur.

C A P V T X I I.

Respondens autē Hiob dixit. Ergo

Cor

Cor) sapientia. Exaudit eum: s. contra deriden-  
 tem. Lampas contempta. s. deridetur. Parata ad tē-  
 pus statutum, id est, quæ suo tempore uidebitur. Reu-  
 chli. ad uerbum in suo dictionario sic transtulit. Teda  
 neglecta, ad purificationem statuta, parata ad nutatio-  
 nem pedis. Sicut si quis noctu per plateas ambulat cū  
 lucerna quæ incipit tenebrescere, ambulans uult eam  
 emūgere, & inter emungendū offendens ad lapidem  
 cadit. Tabernacula) domus. Ergo non sicut sancti  
 quibus deus multa dat. Interroga iumenta) Etiam be-  
 stia respondebunt tibi. Nulla creatura potest dicere,  
 Ego feci me. In cuius manu anima, id est, uita. s. est.

Carnis hominis) uniuersæ carnis humane. Nonne  
 auris) Non solum omnia, sed et unicuiq; rei suū dedit  
 officiū. Ipsius uero solius est sapientia qua hæc omnia  
 fecit & reguntur. Verba dijudicat, id est, discernit  
 audiendo. Saporem. s. dijudicant. s. inter amarū &  
 dulce. Multo tempore, id est, longa experientia. A-  
 pud ipsum est sapientia) qua intelligit omnia. Et for-  
 titudo) qua potest oīa. Continuerit aquas) ne fluant,  
 uel pluant. Ipse nouit & decipientem & eum qui de-  
 cipitur. Ergo potest ferre iudiciū inter utrunq;. Ad-  
 ducit cōsiliarios) Deus iusto iudicio destruit mūdi sa-  
 pientes & potentes suo ipsorum consilio. In stupore  
 s. ubi deprehensi fuerint in sua stultitia. Dissoluit) au-  
 fert. Baltheum, id est, cingulum militare, arma. Et  
 præcingit

A N N O T A T.

Horren-  
dum.

præcingit fune, hoc est, illos qui cōfidunt in armis so-  
let tradere in captiuitatem. Sacerdotes s. antea glori-  
osos. Sacerdotes enim erant in magna gloria. Cōmu-  
tans labium ueracium) eorum etiam qui uera dicunt.  
Effundit despectionem super principes. i. facit de-  
spectissimos. Qui reuelat. i. aperta facit. Umbram  
mortis. i. ea que maxime sunt in tenebris. Frustra in-  
cedant per inuium s. ut faciant multa mala. Palpabūt  
id est, excæcatisimi erunt. Errare) per inuium ire.

C A P V T XIII.

Ecce oīa hæc uidit oculus meus, etc.  
Ecce hæc omnia uidit oculus meus. i. hæc omnia men-  
te cognoui. Et audiuit auris mea, id est, didici.  
Secundum scientiam uestram, id est, si uos estis sapi-  
entes, & ego sum. Fabricatores mendacij) Mendaci-  
um quoq; est, si ueracibus uerbis uteris ad ueritatem  
opprimendam. Cultores peruersorum dogmatum,  
id est, hæreticos. Ut putaremini. s. saltem. In prouer.  
17. Stultus si tacuerit, etiam sapiens reputatur. Iudi-  
cium labiorum meorum, id est, uerba mea per que iu-  
dico stultitiā uestram. Pro illo. s. deo defendendo. Ex  
hebr. eo. Nunquid deo loquimini iniquū? & ei loque-  
mini dolū? hoc est, deum non potestis fallere, ut maxi-  
me hypocrisi doctrinam uestram ostēdatis coram ho-  
minibus. Faciem, id est, personam. q. d. Committe illi  
iudicium

iudicium. Non enim permittet uobis locū suum. Placebit illi, s. uestrū mendacium, uestrū falsum iudiciū.

Quem nihil potest celari) cui nihil est occultū. Faciem eius accipitis, id est, uos pro deo geritis, uos iudicatis qd' est solus dei. In abscondito in corde. Memoria uestra cōparabitur cineri, id est, usq; ad memoriam hominū delebit, Vel, ita delebit uos, ut ne memoria quidem uestri relinquatur. Cervices, id est, superbie. Ut loquar) ut sit mihi mens loquendi quod uolo. Quare lacero, id est, quare impatiens ero. Et animā meam porto, id est, quare sequor consiliū meū. Ille portat animā suam in manibus, qui non permittit eam manibus dei. Etiam si occiderit, hoc est, etiam in desperatione non debemus desperare. Etiam in infidelitate non debemus ad infidelitatē pergere. Verū tamen uias meas arguam) ego increpabo omnē conuersationē meam, agnoscam peccatum meum. Non enim ueniet in conspectū) Hypocrita uenit in conspectum hominū, non dei. Possunt ad tempus imponere hominibus, nō deo. Aenigmata) parabolas, uel sapienter dicta. Si fuerō iudicatus) qd' nihil mihi confāsus sum. Qui iudicetur mecū, s. coram deo. Ex hebræo. Ecce obsecro, ordinaui iudiciū et noui quod iustus efficiar, s. à deo, ipse iudicabit pro me, nō pro uobis. Aliter. Quis est ipse qui contēdet mecum, quia tunc tacebo & perferam, id est, audiam eum accusantem me.

C Quare

A N N O T A T.

Quare tacens) quare impatiens & aestuans, consu-  
mor?. Duo tantū ne facias) loquitur ad deum. Duo  
tantum, s. ut sequitur. Et tunc à facie tua non abscon-  
dar) tunc gaudebo uenire coram te. Manum, id est,  
plagam & indignationē. Et tu responde mihi, id est,  
noli tacere quasi despicias. Quantas habeo iniquita-  
tes) precatur ut sese possit agnoscere, quū nihil sit sibi  
consciū, nisi quod corā deo nullus est innocens. Po-  
tentiā tuam, s. quæ potentissima est. Contra folium. i.  
contra me uanissimā reculam, quā persequeris quasi  
uentus. Scribis, s. in scientia diuina. Peccatis, id est  
propter peccata. Posuisti in neruo pedem meū) com-  
prehendisti me ad puniendū. Vinculos tradunt in ner-  
uos compedum. Et uestigia pedum meorum consy-  
derasti, id est, omnē conuersationē uitæ meæ tu nosti.  
Consumendus sum, s. in terra.

C A P V T XIII.

**Homo natus e muliere. breuī uiuēs te.**

Homo natus è muliere breuī uiuens tēpore) Initiū  
uitæ hominis immundū & miserijs plenum. In eo-  
dem statu, id est, in eo in quo iam est. Dignum ducis,  
s. tu tanta maiestas. Super huiuscemodi, s. hominem.  
Aperire oculos) quasi habeat aliqd fortitudinis ut  
pugnes cum eo. In iudicium, s. ut contendas cum eo.  
Nōne tu, s. hoc potes? Numerus mensium eius  
apud te

apud te, hoc est, tu nosti breuitatē temporis eius. Recede ergo) cœset manus tua ab eo. Donec dies eius ueniat. Et sicut dies mercenarij, s. ueniat illa dies. Lignū **Dis simile.** habet spem) Si præsum fuerit lignū, recrescit: Homo semel mortuus, in cinerē redigitur et nō recrescit: In nouissimo autē die è somno excitatur, Propterea est adhuc uanior res homo quàm lignum. Si senuerit, s. arefacta. Ad odorem aquæ) humorē. Nudatus, s. ab omnibus bonis. Vbi quæso est? hoc est perijt. Ex hebræo. Nunquid uiuit? Sic homo quū dormierit. i. ipse perdidit quoq; succum. Cœlum atteratur, s. in nouissimo die. Quis mihi hoc tribuat?) pro beneficio postulat ut etiā in inferno abscondatur à uultu iræ dei. Tantus est ei horror iudicij dei. Furor tuus, s. quem sentio. Et constituas mihi tēpus, s. in inferno. In quo recorderis mei) uelit liberari rursus. Rursum uiuet, q. d. arte uiuet. Cūctis diebus) toto tēpore uitæ meæ. Donec ueniat immutatio, id est, liberet me à iudicio.

Vocabis, s. tunc, quando immutaueris me, ubi abstuleris indignationē tuam. Vides quod etiam in maxima desperatione sperat. Gressus meos dinūerasti. i. nosti omnē conuersationē uitæ meæ. Tu quidem. Ex hebræo: Quia nunc gressus meos recensabis & obseruabis super peccatū meum. Signasti) diligenter obseruasti. Quasi in saculo) quasi cum signatur pecunia clausa. Sed curasti. Ex hebræo. Affixisti super iniquitatem

A N N O T A T.

tatem meam, s. ne aufugeret iniquitas mea. Mons cadens defluit) nō manet. Et homines ergo similiter perdes. Ex hebræo. Et spem hominis interire fecisti, id est, sic perit homo ut ceteri non habēs spem resurgendi si tantū hanc uitam respiciamus. Roborasti eum) hominem. Paululum) ad modicum tempus, q. d. Si paululum prospere agit homo istam prosperitatem, sequitur perpetuus labor & perditio. Ut transiret, id est, in nihilum redigeretur. Immutabis faciem, id est, personam, & quicquid est, immutabis. Et emittes eum, s. ex hac uita. Non intelliget, s. pater mortuus. Lugebit, id est, erit in afflictione cordis. Super semetipso) ut interim taceam de filiis.

C A P V T X V.

Respondens autē Eliphaz Theman.

Eliphaz indigne fert quod dictū est: cum deo disputare cupio: Nunquid sapiens, s. aliquis, ut tu uis uideri. Et loqueris quod tibi non expedit) Contra deum enim loqui non expedit. Et tulisti) abstulisti. Ex hebræo. Diminuisti pudorem coram domino. Docuit enim iniquitas tua os tuum) quia ex abundantia cordis os loquitur. Blasphemantiū. Ex hebræo legi potest: Callidorū, qui aliud in corde habent, quàm proferant ore. Ita agere dicit Hiob. Et labia tua respondebūt, id est, condemnabunt te. Ante omnes colles, id est, antequam

antequam terra crearetur, ut si nosset consiliū dei, aut domino cōsuleres. Quid nosti qd' ignoramus? Dolet Eliphaz de eo quod dixerat Hiob cap. 6: Considerate scimitas Theman. Et senes & antiqui, id est, multa experientia docti. Multo uctustiores. i. antiquiore pro genie. Nunquid grande est ut consoletur te deus, hoc est, Deus facile te posset consolari. Attonitos, id est, trementes & quasi dira minantes, Et quod uulgo dicitur, Ne comedas me. Quid est homo ut immaculatus sit, id est, non potest esse immaculatus. Natus de muliere) cuius conceptio est immūda. Ecce inter sanctos) etiam ipsi sancti peccant. Et cœli, id est, angeli, uel ipsi cœli. Qui bibit quasi aquam iniquitatem, id est, trahit in omnia sua mēbra. Ex hebræo Ecce inter sanctos eius non est credens, id est, iustus, s. si statuas eum in conspectu dei. Sapiētes confitētur) quæ sapientes confitētur, ut quæ addatur uel subintelligatur, hoc est de quibus sapientes solent loqui. Et non abscondunt patres suos, id est, narrant quæ à patribus audierunt.

Quibus solis data est terra, id est, soli sapiētes possident terram. Iniqui autē ne hac uita quidem utuntur, repugnāte eis semper deo, & tremefaciente eos semper conscientia eorū. Sententia est sanctissima cū sequentibus, sed ex stulto ore prolata. Et nō transibit alienus per eos. i. iniquus non habet consortiū cum eis. Cunctis diebus suis impius superbit. Ex hebr. eo. Omni-

C 3 bus die



A N N O T A T.

bus diebus impius semet dolore torquet. Et annorū  
 numerus ei absconditus est) ut aīo consternatur. Ty  
 rānidis eius) qua opprimit alios. Sonitus terroris. i.  
 illud quod terret. Semper in auribus illius. i. semp au  
 dit, quicqd audit expauet. Ille semp insidias suscipia  
 tur) q̄ etiā in pace uastator ueniet ei. Gladiū. i. pericu  
 lū uitæ. Cū se mouerit ad querendū panē. i. ad eden  
 dū. Dies tenebrarū. i. miseriæ. Ne cibus quidē dulcis  
 erit ei. Tetēdit, s. impius. Robur est. i. cū deo pugna  
 re uult. Erecto) supbo. Pingui) supba. Armatus  
 est, s. cōtra deū. Crassitudo. i. tenebræ & ignorātia.

De lateribus dependet arui. i. crassus homo & indo  
 ctissimus. Sicut est in puerbio, Pinguis uenter nō gignit  
 sensum tenuē. Habitauit in ciuit. desolatis. i. in locis à  
 consortio hoīm remotis, fugit cōsortia plurimorū &  
 in tutis, ut putat, locis, se abscondit. Quæ in cumulos  
 sunt redactæ. i. quæ sunt desertæ ab hoīb. Non per  
 seuerabit substantia) etiā si diues fuerit, tamē non du  
 rabūt hæ diuitiæ. Flāma) non solum siccitas. Siccitas  
 paulatim cōsumit arbores, Flāma autē semel. Et au  
 feretur, id est, extinguetur impius, Et est superior sen  
 tentia, Tuū os condēnabit te. Spiritu oris sui, id est,  
 proprio spiritu. Ipse erit author suæ perditionis.

Quod aliquo pretio redimēdus sit, s. si impius erit  
 in aduersarium. Ex hebræo: Non credet, nempere  
 falsus uana. Quia uana erit delectatio eius, s. quam  
 sibi in

sibi in futurū pollicetur. Antequā dies eius impleantur. i. perit ante tēpus. Et manus eius arescent. i. opa eius pibūt. Botrus. i. fructus. Quasi oliua, s. lesa à tēpestate. Cōgregatio hypo i. qcqd habet hypocrita Sterilis) sine fructu, uana. Ignis, s. hostiū. Qui munerale acc. s. cōtra instiā. Lege. i. Reg. 2. de duob. filijs Heli. Cōcepit dolorē, s. intus. Peperit iniquitatē id est, excautus est ope. Vterus. i. carnalis eius sapiētia. Præparat dolos) ut iterū pariat iniquitatem.

## C A P V T XVI.

**Respondens autē Hiob dixit. audi.**

Ipsa copia in hoc lib. sese exponit. Verba uētosā) uana. Si loquaris, s. talia. Atq; utinā esset aīa uestra) utinā uos essetis ubi ego sum. Mouerem caput. i. indignarer & subsannarē. Roborarē uos ore meo s. sicut uos nūc me. Ruge meā testimoniū dicunt cōtra me. i. ostendūt dolorē meum. Suscitatur, s. à diabolo. Et iste dolor grauior fuit Hiob q̄ uulnus corporale.

Collegit, s. aduersarius. Cōminans) indignās. Aperuerūt, s. aduersarij, locuti sunt cōtra me. Percusserunt maxillā. i. ignominia in faciē intulerūt. 2. Cor. 11. Si qs uos cedit in faciē etc. Satiati) delectati. Cōcluserunt) ne possim aufugere. Apd' iniq. tradidit me in manus iniq. Tenuit, s. deus. Ceruicē) sicut homo qui cōprehēditur. Quasi in signū) ad qd' sagittatur.

C 4 Circun-

A N N O T A T.

Circundedit me lanceis suis) Vel telis, eadem sententia. Conuulnerauit lumbos, id est, carnē meam. Adhuc idem. Viscera) carnē. Vulnere super uulnus, id est, uulnus uulneri addidit. Saccum confui super cutem meam, id est, sacco indutus sum. Et operui cinere carnem, id est, cinere aspersus sum. Absq; iniquitate manus meae, id est, cum nihil mihi essem conscius.

Quū haberem mundas preces, id est, obsecrare solebam deū absq; iniquitate. Hæc passus sum absq; iniquitate. Ex hebr. eo. Quum nulla sit iniquitas in manibus meis, uerū & actus meus purus. Terra ne operias, id est, ne prohibe ut clamet sanguis meus ad deum, quemadmodū sanguis Abel. Sanguinem) dolorē meum, extinctionē uitæ meae. Neq; inueniat in te locū, id est, ut innotescat clamor meus in conspectu dei. In cælo testis meus, s. deus. Et conscius meus) qui scit mea. Stillat, id est, flet. Vir, s. aliquis. Quomodo) quemadmodū. Filius hominis, id est, homo. Breues anni, s. mei. Semitam, s. mortis.

C A P V T XVII.

Spiritus meus attenuabitur. dies mei.

Spiritus meus atte. i. uita perit. Non pecaui, id est, non sum mihi conscius. Cuius uis) uel hominis, uel creaturæ. Pone me iuxta te. i. pone me ad te. Corcorum, s. aduersariorū. A disciplina) à sapientia tua.  
Pollice

Pollicetur .s. impius, aduersarius. Socijs prædã, id est, ipse multa promittit, & domi defectum patitur. Posuit me, .s. aduersarius. Et exemplũ, id est, similitudo, prouerbiũ. Repetitiõ eiusdem sententiã. Ad indignationem, ex indignatione. Stupebunt .i. terrore concutientur. Suscitabitur, id est, indignabitur. Innocens contra hypocritam, id est, hypocrita non solũ merebitur iram & indignationem dei, sed tandẽ etiã ubi in lucem prodierit hypocrisis, indignationẽ oĩm piorum, .s. merebitur. Et tenebit iustus uiam, id est, permanebit in innocentia sua uel inuitis aduersarijs. Et addet fortitudinem mundis, id est, curabit ut iusti or sit adhuc. Conuertimini, id est, respiscite. Et nõ inueniam) Hoc dabitis mihi, postquam audieritis me, quod nemo in uobis est sapiens. Noctem uerterunt id est, omnia mecum peruersa sunt. Si sustinero, id est, expectauiero. Strau lectulum in tenebris .i. in tenebris iacebo. Pater meus es, id est, tu suscipies me. Præstolatio, id est, expectatio. Ibi, in inferno, hoc est, nequaquam erit ibi requies.

## C A P V T XVIII.

Respondens aut Baldath Suites, di-  
 Vsq; ad quẽ finem) Reprehendit Hiob, quod non  
 audiat bene cõsulentem. Ut iumenta, .s. corã te. Quid  
 perdis animam furore, id est, quare consumeris furo  
 C s re. Ex

A N N O T A T.

re. Ex hebræo. Laceret animam suam in furore suo. Hoc uidetur dicere de Hiob cōuersus ad amicos. Nunquid propter te, id est, nūquid propter te res aut creatura mutabūtur. Nūquid ppter te aliud iā erit iudiciū dei. Deus solet punire nocētes. Dere linquetur) uacua erit. Et transferētur montes) eadē snia. Nōne lux, id est gloria. Nec splēdet. s. ultra. Ignis) gloria, idē. Cōtra de impijs dicitur sub typo mulieris fortis. Non extinguetur in nocte lucerna eius. Lux obtenc. gloria et diuitie pibūt. In tabernaculo) in familia. Cōtra de beato uiro in psal. Gloria & diuitie in domo eius. Et lucerna) eadē sententia. Copia uerborū. Virtutis) roboris eius. Artabūtur, constringētur. i. non sinctur ire quo uult. Et cōsiliū suū prācipitabit eū) pibit sua prudentia. Suo ipsius cōsilio cadet. Immisit pedes in rete, i. laqueū. Exponit hoc qd' suprā dixit. Artabuntur gr.

Pro. ult.

Psal. iiii.

In maculis) in iniq̄tate. Exponit quid sit rete. In hebræo. Super craterē ambulare se faciet. i. siti peribit, ut sequentia indicāt. Exar descet contra eū sitis, id est siti peribit, hoc est, sua ipsius cupiditate peribit. Abscondita est pedica) cadet in laqueū quē ignorat. Et de apula super semitā est. i. in uia qua ambulat, est laqueus absconditus. Vndiq̄) quocunq; consilio utatur, tamen in suo consilio inuenit laqueum, suo cōsilio perit.

Terrebūt eum formid. Vide cap. 15. de hac sententia. Attenuetur) peribit. Sicut panis confortat hominem,

ita ruy=

Ita rursus indigentia panis attenuatur. Cutis eius, s. arefacta. Primogenita mors) Primogenitā mortē, subitanē mortē exponūt, ego autē pessimā intelligo. Qualis fuit mors illa primogenitorū in Aegypto. Nō .n. est mala mors subitanea si ueniat pijs. Brachiū) fortitudinē. Auellatur fiducia) peat, nō habeat fiduciā. Et interitus .i. mors. Calcet, conculcet. Quasi rex id est, triumphator. Qui nō est .i. defuncti. Sic Hierem. ca. 31. Noluit consolari Rachel, q̄a nō sunt. id est, mortui sunt. Habitēt in taber. socij. .i. nō relinquet hāredes filios. Aspergatur sulphur .i. pereāt omnia eius ut Sodomā. Deorsum, infra in terra, id est, nō maneat germen eius, non exurgat progenies eius. Messis, fructus, id est, tota arbor eius pereat. Memoria illius pereat idem est cum superioribus. In plateis, id est, in uulgo. Expellet, s. deus. De luce) gloria. In tenebras, ignominia, uel tenebras aeternas. Et de urbe, id est, habitatiōe hominum. Neq; ullæ reliquæ, s. erunt ex eo. In die eius .i. quādo ueniet retributio eius, ut retribuatur ei deus. Sicut dies domini dicitur dies iudicij. Nouissimi, id est, minores de populo. Primos, primates. Hoc est, stupēbūt de horrēda uindicta in impiū. Hæc sunt tab. iniqui .i. sic fiet tabernaculis impiorum. Iste locus, s. est.

Prigēnita mors.

## C A P V T X I X.

Respondens autē Hiob dixit, Usque.  
decies

A N N O T A T .

Decies, id est, supra modum & sepe. Me, s. amicum. Et si ignoravi, s. sicut dicitis. Mecum erit) manebit apud me. Esto ignorē, ut dicitis, tamē uos impie agitis contra me, et hoc ipsum ignoratis. Saltem nūc, et si non antea. Quia deus non æquo) Non æquo secundum iudicium uestrū, quia iudicatis hoc infligi ob iniquitatem meam. Ecce clamabo uim patiens) hoc scilicet est ne dei? quādoquidem & uos dicitis q̄ deus exaudiet tribulatos & clamantes ad se. Qui iudicet s. causam meam. Circunsepsit, s. deus. Et in calle) Hec omnia sunt impedimenta uiarū. Tenebras posuit, s. ut ignorem quo uadam. Coronā, id est, gloriā. In thronis, s. Cecidit corona capitis nostri. Euulsa arbori, s. aufertur species Eius, s. dei, Qui sint illi latrones lege cap. 1 & 2. Et fecerunt sibi uiam per me, me oppreſerunt, habuerunt me sub pedibus. In gyro, id est, in circuitu, hoc est, nullibi patebat mihi locus euadendi. Fratres) amicos. Quasi alieni recesserunt à me, id est, mente alienati sunt à me. Sicut ali. nū ha buerunt me, id est, non agnouerunt me dominum suū, id est, derelictus sum ab omnibus creaturis. Deprecabar illum) super quem antea ius habebam imperandi. Despiciebāt me stulti. i. stultis quoq; factus sum fabula. Consiliarij, id est, amicissimi. Adhæsit os meū, sicut fit fame percuntibus. Sic in Psal. 101. Adhæsit os meum carni meæ. Et derelicta sunt tantummodo labia, id est,

bia, id est, adhuc habeo quæ loquar, quum reliqua fortitudo perierit. Saltem uos amici mei) et si non alij, s. ut non pugnetis contra me. Carnibus meis saturamini, id est, plagis meis quas sustineo in carne, delectamini. In Psal. Inimici appropinquant mihi ut edant carnes meas. Ut scribantur, id est, utinam scriberentur. Vult ut posteritas etiam iudicet de eo. Stilo ferreo) quo duraret scriptura. Tūc scribebant in buxo, ut est in Esaia, uel alia re dura. Vellamina, id est, in lamina. Celte, illo instrumento. Scio quod redemptor meus uidebit) Resurrectionem carnis sanctissime confiteatur. Ego ipse, ego ipse Hiob et in ipsa carne uidebo.

Psal. 25.

In sinu meo, id est, hanc spem habeo in corde meo.

Quare ergo nunc dicitis) quum sim tanta spe erga deum. Radicem, id est, occasionem. Gladij, s. dei.

## C A P V T XX.

## Respondens autē Sophar Naamat.

Iccirco cogitationes succedunt, id est, apud me cogitatio alia aliam trahit. Et mens in diuersa rapitur, id est, diuersa cogito. Idem sensus. Et spiritus intelligentiæ respōdebit mihi, id est, loquar id quod intelligo.

Laus, id est, gloria. Et gaudium, id est, gloria qua gaudent apud se. Ad instar puncti, s. sit ad instar momenti. Si ascenderit usq; ad cœlū, s. hypocrita, id est, si etiam nimie sanctitatis homo reputatus fuerit. Et

caput



A N N O T A T.

caput eius )repetita snia. In fine perdetur. Elegāter dixit in fine, qui ante tēpus florere uidebatur. Et qui cū uiderā, s. in sanctitate. Sanctitas enim proprie hypocritarū est. Nō inuenietur, s. ultra. Supbia, s. hypocrite. Trāsfiet, eadē snia. Neq; locus )etiā locus, dignitas, status eius peribit. Filij, posteri siue imitatores, ut loquamur etiā de hypocrisi nostra. Atterētur ege. i. fame pibūt. Et manus eius reddēt dolorē. i. reddetur ei qd̄ fecit. Ossa eius )robur cordis. Vitijs adoles. uitia adolescētiae nō reliquēt eū. Et cū eo dormiēt ) ad mortē usq; manebūt. Malū )malitia. i. quū placuerit ei malicia sua. Abscondet sub lingua. i. occultabit in corde. Metaphorā intelliges ex uerbo dulci. Abscōdet, s. ut diu dulce sit. Parcet illi, amabit maliciā. Panis, cibus maliciæ eius. In sel aspidū, in amarissimū uenenū. Panis eius. Omnis cogitatio eius, oīs doctrina eius, oīs sapiētia eius, uertetur ei in uenenū damnatiōis, ut maxime foris quandoq; uideatur bene docere, sapere, sanctus esse, tamē hęc oīa cedūt ei in maiorem dānationē Diuitias. Quod panē dixit ante. iam diuitias dicit. Euomet )perdet, Caput aspidū sugget, id est, uenenū. Qui antea uoluptate fōuebatur suæ sanctitatis, de inde caput aspidū sugget, id est, suā damnationem trahet in se. Non uideat riuulos flumis tor. i. non uideat, uel accipiat terrā pacis et abundantiae, sicut de terra promisiōis scribitur, quod fluebat lacte et melle, hęc est. non

est, non ueniet ad abundantiam a deo promissam. Luctus, quae fecit omnia, id est, mercedem accipiet omnium delictorum. Ad inuentionum suarum, superstitionum quas inuenit. Confringens, opprimens. Diligenter attende, quod loquitur de illis qui rapiunt in hypocrisis. Eam, sicut domum pauperis. Possidere non poterit, id est, non poterit uti. Non remansit de cibo eius. id est, omnia ablata sunt, suum laborem perdidit. Artabitur, anxietas ei erit, festuabit, sicut intus. Omnis dolor irruet. Luctus quae fecit omnia. Ex hebreo. Quae laborauit reddit, et non deglutiet, id est, non fruetur partem. Secundum opes permutatio eius, et non letabitur quoniam miseros compressit et dereliquit. Domum depraedatus est, et ipse non aedificabit. Quoniam non cognouit in uentre suo satietatem. Et ob concupiscentiam suam non seruabitur. id est, perdetur. Quum satiatus fuerit, anxietas ei, et omnis manus doloris irruet super eum. Utinam impleatur uenter, utinam deus quamprimum destruat eum. Ut emittat, sicut deus. Et pluat, pluendo mitat. Fugiet arma. Incidit in Scyllam qui uult uitare Charybdim. Gladius deductus, nudus, sicut irruet super eum. Fulgurans, micans. In amaritudine, certe amarus gladius ei est, qui impetitur. Horribiles, hostes. Omnes tenebrae. id est, horrores et impietates. In occultis eius, id est, in eo, nam foris omnia splendent. Qui non succenditur, sicut ab hominibus. Hoc est. Inuisibilis plaga dei ueniet super eum. Relictus, super ab omnibus. In taberna-

Sicut factus  
est in ma-  
gnis diuisi-  
onibus, sic  
iam in ege-  
statem re-  
ductus.

A N N O T A T.

In tabernaculo suo) apud semetipsum. Relictus. s. non solum ab hominibus, sed etiam ab omnibus in quibus cōfidebat. Reuelabunt cœli, id est, angeli. Iniquitatem eius, qui antea sanctus uidebatur. Et terra, id est homines. De iudicio dei loquitur, quando & angeli & homines uidebunt impietatem hypocrite. Germē id est, fructus, Domus illius) quem peperit apud se. In illo die, id est, iudicio. Detrahetur, s. in infernum, s. hypocrita uel germē. Pars) possessio. A deo s. quam accipiet. Hereditas, s. hæc est. Verborum, uel factorum eius. A domino, s. quam accipiet,

C A P V T XXI.

Respondens aut̄ Hiob dixit. Audi.

Sustinete, id est, expectate. Et post mea, id est, de idē Nunquid contra hominem? nunquid ego ago cū homine? Attendite me, id est, meum casum. Superponite digitum ori uestro, id est, tacete. Quando recordatus fuero, s. talium iudiciorum. Quare ergo impij uiuūt? Ex uestris uerbis sequitur manifeste falsū. Nā uidemus palam impios abūdere omnibus diuitijs etc. ergo talia non dantur propter pietatē. Quare ergo? Ipse concludit ex uerbis illorum, Si uos ita iudicatis, quare ergo impij uiuunt? Semen eorum permanet) Ipsi coram uident suos filios. Secure, in pace. Nemo inuadit res eorum. Bos eorum concipit, id est, non est in fœ-

est infœcunda. Psal. 143. Oues eorū foetosa, boues eorum crassa. Beatum dixerūt cui hæc sunt &c. Non abortiuit, s. pariendo. Quasi greges) magna multitudine. Exultant lusibus) quæ magna sunt uoluptas parentibus. Et in puncto, id est, insperato. Descendūt ad inferna) Quod non fieret si essent pij. Qui dixerunt deo: Recede, id est, qui abiecerūt timorē domini.

Et scientiā uiarū nolumus. In Psal. Dixit insipiens Psal. 13. in corde suo, non est deus. Bona sua, s. quibus gaudēt.

Concilium) omne studium eorum. Luccerna, id est, gloria. Inundatio, id est, tempestas damnationis. Et diuidet, s. illa inundatio tribuet eis. Ante faciē uentū. Psal. 1. Non sic impij, sed tanquā puluis quem proijcit uentus à facie terræ. Deus seruabit filijs, id est, filij quoq; luent peccatum patris. Et cum reddiderit, s. deus. Tunc sciet, s. qui ante scire noluit. Tunc notanter dictum. Videbunt oculi eius interfectionem suā, id est, uidebit corā suam iudiciū. Post se, id est, post mortem suā. Numerus mensiū, id est, dies uitæ eius, s. quid pertinet ad eum. Post mortem enim suorū miseriam non cerneret, sed ne suā quidem, si omnia pertinent ad præsentē uitam. & hoc secundum eos, qui ad præsentia huius mundi referūt, Viuens ergo uidet, ut cogatur scire adhuc esse iudicem. Iste. i. aliquis. Plena sunt adipe. i. robusto corpore, pingui, uoluptaria. Animæ suæ) uitæ. Dicitis enim) exponit se. Vbi est

D domus

A N N O T A T.

domus principis? i. illius qui erat antea potens. Vbi  
 tabernacula? Olim tā felicia. Quis arguet uias eius)  
 Anæps uidetur esse sn̄a, et ad deū & impiū referēda.  
 Sed de impio intelligamus, quia sc̄q̄tur, Ipse ad sepul-  
 chra ducetur. Quis reddet illi, s. impio. Ad sepul. du-  
 morietur. In cōgerie) in congregatiōe. i. morietur et  
 nō morietur, morietur et tamē uiuet. Dulcis fuit gla.  
 Glarea est terra sabulosa in littoribus. Cocytus apud  
 poetas inferorū fluuius est, ex Styge fluens, & inter-  
 pretatur luctus. Dulcis fuit, s. ipius ille. Glareis Co-  
 cyti. i. terræ inferorū. Trahet oēs hoies) oēs sequen-  
 tur eū. De impijs loq̄tur. Impij nō solū se pdūt et dam-  
 nant, sed præterea multos quoq; præmittūt ad inferos  
 sue impietatis consortes Et plures post se trahunt. Id  
 quod cedit eis in maiorē damnationis cumulū, ut legis  
 de diuite epulone in Euangelio. Frustra) uane.

C A P V T XXII.

Respondens autē Eliphaz Themani

Quid confers. In Psal. Bonorum meorū non indi-  
 Psal. 15. ges domine. Nunquid timens) Contra illud. Nunqd  
 Supra. 21. contra hominē disputatio mea est? Abstulisti pignus.  
 Accusant Hiob palam fuisse impium. Hic uides quo  
 perrexerat hæctenus eorū disputatio. Nam palam im-  
 pium iudicant. Et mentiuntur amici, ut ex. i. cap. appa-  
 ret, ubi eum dominus iustum uocat. Lasso) sitiēti.  
 In for=

In fortitudine brachij. Hebraismus. In brachio, potentia. Possidebas. i. tyrānide possidebas terrā. Viduas dimisisti uacuas) nō iuisti eas. Lacertos. i. fortitudinē. Quicquid adhuc erat roboris in pupillis, tu abstulisti. Laqueis. i. his angustijs. Fortitudo subita) quam non speraueras. Tenebras, id est miseras.

Non oppressum iri. s. te. Impetu aquarū inundatiū, id est, subita tribulatione. Et dicis, s. tu impie Hiob. Et iudicat, s. deus. Quasi per caliginem. i. quasi ignorās. Nubes latibulū, id est, nubes obsunt, non potest uidere humana. Et circa cardines cœli perambulāt, id est, non prospicit, non uenit in terras. Nunquid cupis) nunquid uis unus esse ex illis, qui impie uixerunt præteritis sæculis? Cupis, s. ò Hiob. Calcauerunt) ambulauerūt. Qui sublati sunt, id est, mortui sunt. Et fluuuius) tribulatiōis inundatio. Sicut in Euang. Matt. 7.

uangelio de illo qui edificauerat super harenā. Videbunt iusti, s. uindictā in eos. Letabuntur, s. de uindicta dei. Erectio) superbia. Ei, s. deo. Et per hæc, s. q. redis ad eū. Et suscipe legē) sequere præcepta domini. Aedificaberis. i. rursus prospereris. Pro terra) pro re fragili. Adagiū est. pro fragili dabit rē solidā et pro uili pretiosam. hoc est, meliora prioribus accipies

Sup oīpotentē) per oīpotentē. Rogabis eū. Exponit se, quid sit Eleuabis ad deū faciē. Vota tua reddes. i. gratus eris. Decernes rem et ueniet. i. oīa cōmoda

D 2 uenient

A N N O T A T.

uenient tibi. Saluabitur, s. inquam. Mundicia manuum, id est, operum suorum.

C A P V T XXIII.

Respondens aut̄ Hiob ait. Nunc quo

Quis mihi tribuat ut cognoscam, id est, utinam uiderem & inuenirem illum, s. deum. Soliū, tribunal.

Iudiciū, s. meum. Replebo increpationibus, id est, increpabo deum. Increpationibus, Ex hebræo, Argumentationibus. Ut sciam uerba) ut si non aliud con-

sequar, saltem sciam causam plagæ meæ. Nolo contendat, s. ut deus. Proponat æquitatē, id est, æquo iudicio agat tantū contra me. Iudicium meū ueniat ad uictoriam, id est, scio q. ego uincam.

Si ad orientem iero non apparet, hoc est, nusquam inueniā eum, adeo abscondet faciē suam à me, et tamē ubiq; adest mihi.

Quia manum eius sentio die ac nocte, Id quod est nimum graue afflicto. Non intelligam, id est, non uidebo. Probauit quasi aurū, s. ut inueniret iniquitatem.

Vestigia eius secutus est pes meus, id est, ego non dereliqui eius præcepta. Non abscondi in sinu) nō occultauit, id est, etiā alios docui et ore cōfessus sum deū.

Cogitationē, consilium. Et anima, id est, uoluntas. Loquitur de deo tanquā de homine, quū deus anīam non habeat. Et alia multa similia. i. potest & alia facere.

Consyderans eum, s. in mente. Et prius dixit: non uie

Non uidebo. Non uidebit, & tamen sentit. Molliuit, id est, anxium reddidit. Non enim perij, id est, hæc passus sum. Propter iminentes tenebras, id est, propter conscientias iniquitatis. Et faciem) repetita sententia, id est, non erubui conscius.

## C A P V T    X X I I I I .

**Ab oīpotente non sunt abscondita.**

Ab omnipotente) Deus oīa tempora nouit, nos eius tempora ignoramus, & propterea impij impie agūt.

Dies illius, id est, dies iudicij eius, Qui autem nouerūt cum) Multo magis impij ignorant. Quia etiā Apostolis dictum est: Non est uestrū nosse tempora.

Transtulerunt terminos, s. agrorū & hereditatū, hoc est, diripiunt bona aliorū. Pauerrunt eos, s. quasi suos. Asinum pupillorū, id est pauperum. Pauperum uiam, id est, quicquid est pauperum. Mansuetos terræ, id est, pauperes. Alij) prædatores. Ad opus suum, id est, ad latrocinū. Rigant imbres montium, id est, qui non habent domos, hoc est, etiā miserimos non uerentur spoliare. Amplexantur lapides id est, dormiunt super lapides. Spicas) fruges. Meridiati sunt. Meridiare uel meridiari est meridie comedere: Itē meridie quiescere siue dormire. Coniūge ad, Eorum qui calcatis & c. id est, qui etiā calcata uindemia non satis habent ad uictum. Meridiati sunt) co

D 3    mederunt



A N N O T A T.

mederunt. Inter aceruos) fruges. De ciuitatibus fecerunt uiros gemere. i. in ciuitatibus spoliauerunt. Et deus inultū. Ex hebræo. Deus uero orationē non respiciet. i. ad tēpus derelinquet in manibus oppressorum. Quod si legis per interrogationē, cōuenit cū nostro. Et est simile illi quod dicitur Lucæ. 18. Deus uero non faciet uindictā electorum suorū clamantiū ad se die nocte, & patientiam habebit in illis? Ipsi, s. impij.

Lumini, s. diuino. Qui male agit odit lumen, ut non arguatur opera eius. Eius, s. luminis. In tenebris ambulat, & peragunt opera tenebrarū. Nec reuersi sunt per semitas illius. i. in tenebras uadunt, & nunquā respiscunt. Oculus, s. hominis, sed ne dei quidē.

Operiet, s. adulter. Condixerant, s. adulter & adultera. Subito) insperato. Arbitratur, s. adulter & adultera. Umbrā mor. i. lucem maxie exhorrescunt. Dies eis quasi umbra mortis est. Leuis est, id est, leuior & mutabilior est adulter quā aquæ superficies, quæ ad leuē etiā uentū mouetur. Super faciē aquæ. i. plusquā supfiāciēs aquæ leuis est. Pars eius) possessio.

Nec ambulet per uiam tenebrarū. i. nulla fertilitas illi ueniat. Ad nimium calorem, id est, nulla tēperies aeris sit ei ne fructū accipiat. De inferis hæc exponi solent. Sed de his iam sequitur. Transiet) mutabitur.

Ab aquis niuū) à nimio frigore. Obluiscatur eius misericordia) nō ueniat ei, Vel, Obluiscatur, ueniat in obliuionē.

obliuionē. Dulcedo illius uermes. Esaie ult. Non sit  
 in recordatiōe. i. pereat à memoria oīm. Pauit enī ste  
 rilē. i. uacua opa secutus est, misericordie in proximū  
 oblitus. Sterilē. i. adulterā & quæ nō parit. Viduæ)  
 pauperi. In fortitudine sua, per fortitudinē, inuiden  
 tia. Et cū steterit) quū adhuc in tuto fuerit. i. non erit  
 securus etiā in securitate. Eo, s. loco pœnitentiæ. In  
 superbia, id est, contēptu, contēnit. Oculi autē eius  
 sunt in uijs illius, id est, diligenter curat ut sequatur  
 uiam suam. Oculi, superbia. In uijs illius) in uijs  
 proprijs. Hoc modo nō diu durabit superbia. Et po  
 nere ante deum uerba mea, s. potest.

Vermis est  
 conscien-  
 tiarū quæ  
 semper a-  
 nimam ro-  
 dit.

## CAPVT XXV.

Respondens autē Baldath Suites, di.

In sublimibus) cœlestibus ubi oīa sunt concordia.  
 Militiū. i. angelorū. Sicut in Daniele cap. 7. millia mil  
 lium ministrabant ei. Et super quē non surget? Facit  
 enim oriri solem suū super bonos et malos. i. quicquid  
 est luminis, ē sublimibus eius uenit. Natus de mulie-  
 re. Hoc arguit nos omnes immundos esse natos de mu-  
 liere. Non splendet, s. in conspectu eius. Etiam sancti  
 sunt peccatores in conspectu dei. Putredo, s. qui est.  
 Filius hominis) eadem sententia.

Matth. 9.

## CAPVT XXVI.

Respondens autē Hiob dixit. Cuius.

D 4 Nunquid

A N N O T A T .

Nunquid imbecillis, s. adiutor es, quæ uis adiuuare?  
quem uis obruere tua sapientia? q. d. non sapis ea quæ  
dei sunt. Sustentas, adiuuas. Brachium, robur eius,  
id est, quid tu laboras pro deo? Prudentiam, Ex he-  
bræo, Potentiam. Spiramentum, id est, spirituum ori-  
ginem, qui fuit ante omnes spiritus, etiã ante spiritum  
tuum, & non solum tuũ. Ecce gigantes, s. qui olim  
erant. Gen. 6. Gemũt sub aquis, diluuiõ submersi, iam  
sunt in inferno. Deus deicit superbos & dei contem-  
ptores. Gigantes) superbi. Perditioni, id est, infer-  
no, id est, nihil opertum corã illo, quippe qui condidit  
omnia. Qui extendit aquilonẽ super uacuum, id est,  
facit flare uentum inanem. Vacuum, aëra. Ut non  
erumpant. Ex hebræo. Ne rumpatur nubes sub illis.

Hoc in  
Baldath  
refert.

Eadem  
sententia.

Qui tenet uultũ solij sui, id est, abscondit se ne uidea-  
tur iudex. Vsq; dum finiãtur lux & id est, quousq;  
hæc durant omnia quæ uidemus, hoc est, donec dura-  
bit mundus. Columnæ cœli, id est, pauet in conspectu  
eius cœlum. Non opus est ut interpretemur angelos,  
nec columnæ terræ, homines. Ad nutum eius. Ex he-  
bræo, Ad increpationẽ. Congregata sunt, id est, mo-  
ta. Et obstetricante) producente manu eius. Edu-  
ctus est, s. ex utero matris, id est, nihilo. Tortuosus.  
Ex hebræo, Fugax. Quod ad ingenij naturã declarã-  
dam attinet. Deus creauit omnia, etiam quæ pessima  
iudicamus, ut serpẽtes. Recte hic diabolũ intelligis, qui  
tortuosus

tortuosus, quia insidiarum cuniculis nos aggreditur. Ipse enim uertit se in angelum lucis. Et fugax, quia lubricus, teneri non uult & deprehendi. Ex parte, id est, parum. Viarum eius, id est, operum dei. Sermonis eius, id est, de eo. Quis poterit) Ecce ista pauca que dixi, horrenda sunt & incomprehensibilia. Quis poterit eum audire, ubi iudicio suo intonuerit? Tonitruum, id est, uerbum iudicij maiestatis eius.

## C A P V T XXVII.

Addidit quoque Hiob assumens para-

Parabolam, id est, prudentem sermonem Sicut parabole Solomonis sapienter dicta dicuntur. Viuit deus) Iurantis est in sacris literis, id est, per deum uiuentem. Sic solebat iurare contra deos Gentium, idola mortua. Quis abstulit iudicium meum) qui iam non reputat pro me. Et omnipotens) per omnipotentem, uiuit omnipotens. Animam meam, id est, me. Spiritus dei, id est, uita à deo data. Vel proprius spiritus dei qui est in spiritualibus. Hoc est, donec uiuam & aliquid intelligentiæ à deo mihi supererit, non dabo uobis id quod cõtenditis. Hoc non debemus dare aduersarijs, ut donemus eis aliquid contra conscientiam nostram. Nec lingua mea) De hoc dixi cap. 3. Donec deficiam) moriar. Cor meum, id est, conscientia mea. Aduersarius meus, scilicet. Sic aduersarius meus qualem me facere

D 5 uult

A N N O T A T .

uult. Si auare rapiat. Quēadmodū ipsi Hiob rapina  
 insimulauerūt. Eadē snia in Euāgelio Matt. 16. Quid  
 prodest homini si uniuersum mundum lucratur? &c.  
 Ex hebræo. Quæ enim spes hypocritæ, quum & per  
 cussurus, & extirpaturus sit deus animā eius. Per ma  
 num dei, id est, deo uolēte, deo permittēte. Quæ oīpo  
 tens habeat. i. quæ sint dei. Nostis) uidistis, quid sine  
 causa uana loquimini? Ipsi dixerant sanctissimas snias  
 Hiob autē uana uocat. Hæc pars hoīs impij. Iam inci  
 pit Hiob. Pars) possessio & merces. Hæc) quæ sequitur.  
 Hæc partē accipiet à deo. Filij eius) impij. In gladio e-  
 runt. i. gladio pibūt. Hebraismus. Nō saturabuntur  
 pane) fame pibūt. Sepelientur in inter. i. in totū pibūt,  
 ut etiā pereat memoria eorū ab hominibus. Nō plora  
 bunt. s. eū, nō præstabunt solatia funeri. Quasi terrā  
 argentū, id est, innumerabile pecuniā. Sicut lutum, id  
 est, in magna abūdantia. Iustus inuestietur illis, id est,  
 iustus possidebit illa. Innocēs) cui deus hæc dabit. Sic  
 in Euāgelio Luc. 19. Omni habenti dabitur, & qui nō  
 habet, etiam auferetur ab eo id quod habet. Sicut ti  
 nea) quæ seipsam cōsumit. Custos, s. hortorū. Quasi  
 aqua. i. magna inopia. Nocte, s. tribulatiōis. Emitteret  
 s. deus. Sup, cōtra eū, hoc est, irruet turbo contra eū.  
 Fugiens fugiet, id est, nitetur fugere et nō poterit.  
 Quia sequitur. Stringet sup eū. Stringet. s. turbo uel  
 deus. Sibilabit, hoc bene cōuenit ad turbinē. i. flabit.

Caput

## C A P V T XXVIII.

## Habet argentū uenarum suarū prin.

Habet argentū) Multa abscondita fecit in naturali  
 bus deus, et sapientiam tu cognosces? Deus nihil aliud  
 uult quā ut eius abscondita relinquant, & solū discas  
 timere deū. Hęc tua est corā deo sapientia. Argentū  
 uenarū. s. in terris. Cōflatur. i. nascitur, decoquitur.

Summa  
 sapiētia.

Et lapis. i. terra dura, quā minera uocant. Posuit. s.  
 deus. Tempus, s. suū. Tenebris) occultis. Et uniuerso  
 rum finē ipse cōsyderat, s. in tenebris. Lapidē caligi  
 nis) occultissimū, s. cōsyderat. Umbrā mortis, tene  
 bras horredas, etiā inferorū. Diuidit) insulas nobis  
 ignotas significat, quas adire nequeūt paupes p uictu  
 pegrinātes. Torrēs, aqua uel mare. Diuidit, separat.  
 A populo peregrināte, s. ne populus possit adire, hoc  
 est, ea loca ne peregrini qdē nouerūt. Quos oblitus  
 est, ignorat. Terra de qua. Terra item est, quæ ante  
 fructifera, iā igne uel sulphure egrediente exusta est.  
 ppter ea iā hoibus inuia. Terra, s. est aliqua. Orieba  
 tur, s. ante. Locus, s. est, cuius lapides saphyri, & ter  
 ra aurū, & tamē non solū homibus incognitus, sed et  
 auibus et feris iaccessus. Lapidēs eius, s. sunt. Ignora  
 uit semi. s. ad illū locū. Vulturis, q̄ etiā ad loca trāsma  
 rina uolat. Filij institorū, id est, institores. Lerna, fera  
 quæcunq; Extendit, s. deus. Ad silicem, ad fortissima  
 quæq;

quæq;

A N N O T A T.

quæq; Subuertit, s. si uult. Excidit, s. si uult. Dixerat  
 q; secundum naturam multa abscondita fecerit deus.  
 Iam uero dicit q; cōtra naturam etiam potest omnia.  
 In petris riuos excidit. Sicut legimus in historijs. Scru-  
 tatus est, id est, ipse nouit. Sapiaentia uero ubi inueni-  
 tur? Quum uero quædā occulta naturæ, labore & in-  
 dustria inueniantur, sapiaentiam nemo inuenit. Sapiē-  
 tia, s. dei. Intelligentiæ, s. dei. Nescit homo) Anima-  
 lis homo non percipit ea quæ dei sunt. 1. Cor. 2. Preciū  
 id est, bonitatem. Suauiter uiuentium) uoluptuosorum.  
 Abyssus) infernus. Non est in me, s. sapiaentia.  
 Illic non inuenitur sapiaentia dei. Aurū obrisum, id est  
 optimum. Pro ea) non potest comparari sapiaentia di-  
 uitijs. Nō confertur, cōparatur. Tinctis, forte purpu-  
 ra. Vel saphyro, s. confertur. Non commemorabun-  
 tur, id est, ne nomen quidem habebunt. Trahitur sa-  
 piaentia de occultis. De occultis dicit, & nescis unde  
 ueniat aut quo uadat. Spiritus homo itelligit. Quia  
 timor domini initium est sapiaentiæ. De occultis, s. dei.  
 Tincturæ mundissimæ, panni preciosi. Intelligentiæ,  
 s. illius Dei. Perditio, id est, infernus. Perditione &  
 morte significat impietatem, & impios homines.  
 Famam eius, s. sapiaentiæ Dei, q. d. Audiuius quan-  
 doq; Euangelium. Aquas appendit in mensura, id  
 est, nouit pondus aquarum. Quando ponebat plu-  
 uis legem, s. ne semp & ubiq; pluerent. Tunc quan-  
 do omnia

do omnia mirabiliter creauit. Vidit illam) quia per  
 illam omnia sic mirabiliter disposuit, sicut in psal. 103.  
 Omnia in sapientia tua fecisti. Illam) sapientiam suam  
 Et enarrauit, s. illam. Et preparauit, s. homini. Et in  
 uestigauit, s. homini. More hominum de deo loquitur.  
 Deus enim non solet inuestigare suam sapientiã. Ecce  
 timor domini. Hoc semper tibi cogita a deo mandatũ,  
 & cætera relinque, nisi uelis esse insipiens, qui dicat ñ  
 corde suo, non est deus. Intelligentia, s. est. Hoc non  
 fit nisi per fidem.

## C A P V T XXIX:

Addidit quoq; Hiob assumens para.

Assumens parabolã, id est, sapientem sermonem.  
 Quis mihi tribuat) Sub prosperitate præterita gau-  
 diũ conscientie sue desyderabat quod olim habebat.  
 Nam iam omnino uidebat iudiciũ suum supra se. Inte-  
 rim quoq; meminit fructus piæ et fidelis mentis, quos  
 olim pariebat, scilicet opera misericordie et iustitie.  
 Ut sim. i. uinam essem. Iuxta menses pristinos, qua-  
 lis olim eram. Quibus deus custodiebat me. Omnem  
 gloriã operum et iustitie tribuit deo. Lucerna eius,  
 id est, lumen dei. Ad lumen eius, id est, ad uoluntatem,  
 ad uerbum dei. Lumen seu lucerna dei est uerbum. Ut  
 in psal. 118. Lucerna pedibus meis uerbum tuum, et lu-  
 men semitis meis. In tenebris, s. huius mundi. In ta-  
 bernaculo



bernaculo meo) erat mecū.

Secreto, per fidem. Secreto agit deus cum suis. Nam vita nostra abscondita est cū Christo in deo. Coloss. 3.

Quādo lauabā pedes meos butyro, id est, quādo oīa supra modū abundabat. Et petra fund. hoc p impossi- bili dicit, p mira abundātia. Ad portā ciuitatis, id est, ad locum iudicij. In platea, in publico loco, ubi oēs cō ueniunt. Abscōdebantur, præ reuerentia, quod solēt facere adolescentes ubi magnos uiros habent obuios.

Principes cessabant loqui, s. propter me, ut audirēt sn̄iam meā. Auris audiēs, s. uerba. Beatificabat, iudica- bat me beatū. Testimoniū reddebat mihi, bene de me sentiebat. Quod liberaßē paupē, s. de manu oppresso- ris. Benedictio, gratiarū actio. Iustitia) uelut armis.

Regius  
ornatus

Iudicio meo) qd'ibat mecū. Attēde q, iudiciū uere or- natus regis est, nō illa larua externa purpura et diade- mā. Oculus fui ceco. i. cecum ducebam. Pes claudo. i. claudū portabam. Pater eram pauperi) Plus est q̄ si dixisset, adiuuabam pauperem. Causam, s. quam ne sciebam diligentissime inuestigabam, s. ut scirē, quid esset iudicandū. Molas iniqui) dentes molares raptoris. Auferebā prädā) quicquid rapuerat, cogebatur reddere. Dicebam, s. apud me. In nidulo) in quiete.

Multiplicabo dies sicut palma, s. multiplicat fructus Quia floret semper. Vnde in psal. 91. Iustus ut palma florebit. i. semper florebit. Aperta est, uel posita est.

Iuxta

Iuxta aquas, Arbores iuxta aquã non timēt æstū,  
 siue siccitatem. Et ros morabitur in messe mea, id est,  
 quies erit, seu potius refrigeriū. In messe, id est, ubi  
 mesuero. Gloria mea semper innouabitur) hic se ex  
 ponit. Arcus meus) potentia mea. Et intenti, s. in  
 me. Stillabat) quasi pluuia. Os suum aperiebant, s.  
 uelut terra arida. Imbrem serotinū) qui est magis fru  
 giferus propter instantem noctem. Si quando ride  
 bam non credebant, id est, non leue ducebāt quicquid  
 id erat quod iocabar cum eis. Non credebant, s. esse  
 risus. Etiã ioca, seria esse ducebant. Lux uultus mei,  
 id est, letitia mea. Repetitio sententiæ. Non cadebat  
 in terram, id est, nō frustra fiebat, hoc est, letitia mea  
 non fuit dissoluta. Eram tamen mœrentium consola  
 tor, id est, non superbiebam, sed minimis quoque in  
 tendebam.

Sic loquē  
 tur Iob  
 cantico.

## C A P V T XXX.

Nunc autē derident me iuniores tem.

Iuniores in scripturis pro indoctis et inexpertis et  
 contēptis accipiuntur. Vt psal. 118. Adolescētilus sum  
 ego et cōtēptus. Hic p. contēptis. Impios describit sub  
 specie magnæ calamitatis & inopiæ. Argumentum  
 Hiob in hoc uidetur tendere. Si impij, quod dicitis,  
 qui inopia laborant, certum est, quod uos estis filij  
 impiorum. Aut non de amicis solum, sed de  
 quibuscun=

A N N O T A T.

Desp e=  
ctis .est  
descri =  
ptio.

quibuscunq; etiã despectissimis loquitur, q. d. Olim glo-  
riosissimi me uenerabantur, nũc etiã despectissimi cõ-  
temnunt. Quorum non dignabar. Hyperbole. Et ui-  
ta ipsa putabantur indigni. Ex hebræo. Et ipsis sene-  
ctæ perijt, id est, cum ignominia defuncti sunt. Steriles  
s. qui erant uacui. Qui rodebant in solitudine, s. her-  
bas & radices. Ista, prædicta. Cum clamore curre-  
bant) quasi magnum aliquid lucrati. Qui de conualli-  
bus. Ex hebræo. Illinc euulserant, & percussit rapue-  
runt ea sicut fur. Super glaream. Ex hebræo, Et ru-  
pium. Inter huiuscemodi, s. uictum. Sub sentibus &  
spinis. Certum est quod sub hac imagine describitur  
paupertas spiritus. Et impij, quum non habent ea que  
dei sunt, amplectuntur ista mundana, que comparati  
spiritualibus nihil sunt. Imò istam egestatẽ spiritus au-  
gent. Item hypocritæ nihil habet spirituale, & misere  
torquẽtur externis, putantes in his uexationibus con-  
sciẽtiarum esse aliquid salutis. Hoc est sub sentibus re-  
putare delicias esse. Nõ parentes, id est, non apparen-  
tes, hoc est, qui in egestate & ignominia uiuunt. In  
prouerbium, id est, in derisum. Aperuit, s. deus. Et  
frenũ posuit, id est, repressit me ne aliqd possim. Ilico  
surrexerunt, s. despicientes me. Orientis calamitatis,  
id est, incipientis. Subuerterunt pedes) deiecerũt me  
ad terram, & conculcauerunt me. Dissipauerunt iti-  
nera, id est, quicquid meũ erat destruxerunt. Quasi  
rupto

rupto muro) sicut solent irrumpere hostes. Deuoluti sunt. i. concurrerunt. Marcescit) perit. Nocte os meum perforatur doloribus, s. a familia. In multitudine) per multitudinē. Eorū, s. qui comedunt me. Quasi capitio tunicae. i. quasi uili palliolo. Sto, s. in oratione ad te. Mos standi erat in oratione. In duricia, Vel. robore. Eleuasti me, s. ante per gloriā. Ad tantam gloriam me prouexisti antea, ut grauiore casu deijceres.

Elisisti, deiecisti. Super uentū ponens, id est, super nihil. Vbi, in qua morte. Omni uiuenti. i. omni qui uiuit in terris. Veruntamen non ad consumptionē, id est, alijs afflictis subuenis, & quandoq; releuas eorum miseriam, me autē penitus deseris. Emittis manū tuam, id est, soles flagellare. Ad consumptionem) extinctionem. Saluabis) liberabis. Flebam. Hic rursum incipit cum capite sequenti dicere de fructibus iusticiae. Efferbuerunt, exusta sunt. Praeuenierunt me, id est, uenerunt ante tempus. Mœrens incedebā, non gloriabar in gloria mea. In turba clamabam, s. contra uim. frater sui draconū, id est, impijssimorū sui socius. Hæc est magna laus pij hominis inter impios posse manere innocentē. Præcaumate, id est, calore. Calor enim ulcerum absorbet corporis succum.

Cythara mea) gaudium meum.

C A P V T XXXI.

Pepigi fœdus cū oculis meis ut ne co-

E Pepigi

Contra ad  
ulterium.

Pepigi foedus .i. ita statui apud me, ut ne oculus quidem meus appeteret aliena. Vides quam optime intellexerit Hiob præceptum, Non adulterabis, Sicut exponit Christus Matth. 5. De uirgine in nupta, ut taceam aliud. Quam enim partem haberet? s. si esse adulter. Hereditatem, s. quam haberet in me. Perditio, danatio. Et alienatio, s. a deo. Si ambulauit. Imprecatur sibi malum si non ita sit quemadmodum dicit. In uanitate, s. sensus mei. In dolo, uel, ad dolum. Simpliciter, innocentiam. Si declinauit gressus meus .i. si non mansi in præceptis dei. Si oculus meus secutus est cor meum .i. si concupiui quod uidi. Seruus & alius comedet .i. alius accipiet laborem meum. Super muliere, uxore alterius. In fidiatus sum, s. propter uxorem. Uxor mea sit scortum alterius si hoc ita est, uxor mea fiat scortum alterius. Ignis est, s. adulterium. Deuoras, s. adulterium. Gemina fructus. Cum seruo meo, s. quando habuit aliquid aduersum me. Non dedignabar etiam reconciliari seruo & ancilla. Quid faciam, s. si contempsissem in hoc famulos meos. Qui et illum, s. seruum. Unus .i. idem dominus. Oculos desiderium uiduae. Bucellam, panem Pupillus qui est destitutus omni auxilio humano. Misericordia. Si despexi prætercuntem. Ex hebreo, peuntem. Pauperem, s. si despexi. Latera, corpus. Benedixerunt, gratias egerunt. Si leuauit, s. ut cum opprimerem. In porta, loco iudicij. Et brachium .i. peat omne robur meum & auxilium

Cor solet  
decipi.

& auxiliū. Talia feci, q̄a semp̄ timui deū. Pōdus eius  
 i. timorē quē sepe mihi imittebat. Aurū, s. quod posse  
 di. Robur. Ex hebraeo potius spem, s. esse. i. Si cōfessus  
 sum in diuitijs meis. Obrizo, auro optimo. Fiducia  
 mea, s. es. Et si letatus sum. Non solū non cōfessus est,  
 sed ne gauisus quidē de diuitijs. In abscondito ) intus.  
 Si osculatus sum manū meā ) de Idololatria interpre  
 tantur. Sic aut̄ interpretarer, Negationē dei esse, quū  
 uides tibi oīa prosperē succedere, & oscularis manum  
 tuā. i. illa tuis opibus ascribis, quasi tu, nō deus hęc fa  
 ciat. Itē quū tuis operibus quibuscūq; ascribis saluē.

Et osculatus sum ) laudauī talia et dilexi. Inuenisset  
 eum malū ) uenisset super eum. Guttur ) loquelā, hoc  
 est, Ne uerbo quidē uindicaui me. Ut expeterē, s. uin  
 dictam. Maledicens animā eius, id est, eum. Viri ta  
 bernaculi, id est, familia. Quis det & c hoc est, Ita  
 egi cum eis, ut semper cuperent ex præsentiā carnis  
 meā, id est, corporis, satiari, hoc est, gaudere. Beatus  
 Thomas retulit ad historiam corporis Christi, uidetis  
 quā belle quadret: Item, mei sic instituti erant, ut non  
 desyderarent aliena pro uictu. Iustus dominus, iustam  
 habet familiam. Quis det ) utinā saturaremur. Fo  
 ris non mansit peregrinus, s. quem non induxerim.

Quasi homo, id est, quod non confessus sum coram  
 deo, id est, ego semper agnouī peccatum meum. Et, s.  
 si calaui. In sinu, id est, i corde. Si expaui, s. propter

E 2 iusticiam.

A N N O T A T.

Iusticiam. Ad multitudinem) propter multos. Si ex  
pau, s. exequi iusticiam. Si quid mihi erat agendū, hoc  
non omisi propter multitudinē. Contra nostra tempo  
ra, ubi difficile defendimus Euāgelium. Despectio pro  
pinquorum. i. q. propinqui despiciebant me monentes,  
ne hæc facerem, ne illa omitterē, sed nihili ducebam:  
nec egressus quidē sum propter hoc: uerū quod iustū  
erat exquebar. Tacui) nihil respondi, non curavi.

Neq; egressus sum ostiū, s. propter hoc. Quis mi-  
hi tribuat auditorem, id est, utinam aliquis me audiat.

Vt scribat librū, id est, sciat mea. Vt portē illum,  
s. librum. Quasi coronam, s. in capite. Pronunciabo  
illum, s. librū. Per singulos gradus. i. quocūq; transi  
ero. Quasi principi) illi ipsi deo. Terra mea, ager  
meus. Si clamat, s. negata mercede agricolæ. Sulci  
eius, s. terræ. Sulcos addit, ut terrā significet esse agrū.

Deflent cum ipsa, s. terra. Absq; pecunia, s. data:

Si affixi, s. negata pecunia. Animā agricolarum  
eius. i. agricolas eius. Pro hordeo spina. i. deus male  
dicat terræ meæ, ut nunquā producat bonos fructus.  
Hic additur in hebræo, Finiunt uerba Hiob.

C A P V T XXXII.

Omiserunt aut tres uiri respondere.

Eo q non inuenissent responsionē rationabilem)  
Et sapientia quoq; mūdi dictat rōne potius oportere.  
aduersē

aduersariū uincere. Veritus sum. Ex hebræo. Ex pa  
 ui & timui iudicare meam sn̄iam. Actas prolixior,  
 senior. Spiritus, s. dei. Spiritus dei dat loqui uerba.  
 Sanctissima sententia, ut pleræq; aliæ, sed quod addit,  
 Ut uideo, mentitur. Tales enim qui sunt ut Heliu, hanc  
 sententiā uidere, id est, intelligere non possunt, ut ma-  
 xime ore dicant. Iudicium) id quod iustum est. Ne  
 forte dicatis) Occupatio. Inuenimus sapientiā, id est,  
 sapienter facimus quod non respondemus. Deus pro  
 iecit eum) Sunt uerba amicorū Hiob, non quæ illi di-  
 xerunt, sed quæ dicere potuerāt. Nihil locutus est, s.  
 Hiob. Non secundū sermones uestros, id est, sapien-  
 tius dicam quàm uos. Extimuerunt, s. tres. Absq;  
 spiraculo) foramine. Respirabo, id est, spiritū meum  
 leuabo. Viri, s. cuiuscunq;. Non æquabo deum ho-  
 mini, id est, deum uerebor, non hominem. Ex hebræo.  
 Et hominem non nominabo, id est, quicquid est hoīm,  
 respuam. Subsistam, s. in hac uita. Et si post modi-  
 cum tollat me factor meus, s. nescio.

## C A P V T XXXIII.

**Audi igitur Hiob eloquia mea. & oēs**

Simplici corde, s. loquentur. Et spiraculū omnipo-  
 tētis) Verisimile est q; de spiritu dei, quo intelligimus  
 ea quæ dei sunt, loquatur. Cōsiste aduersus faciē me-  
 am. i. disputa mecum. Ecce & me. Hic uidetur prius  
 E 3 dixisse



A N N O T A T.

dixisse, tantum de spiritu, uita mundi, quū dixit: Spiritus dei fecit me, & spiraculū &c. Miraculū meum, quod præ cæteris sapiens sum. In auribus meis) me audiente. Mundus sum ego. Nūc recitat uerba Hiob.

Semelloquitur) Deus non solet multis uerbis loqui. Ipse semel condemnauit impios, ut non expectes amplius sententiam dei. Per somnium. Solent quidem fieri reuelationes dei in somnis, sicut legis de Pharaone, Genesis. 41. & in Euangelio de Ioseph & Magis Matthæi. 1. Sed hic Heliu uult uideri & sibi reuelatū.

Vt non transeat in gladium, id est, in perditionem, q. d. ne ueniant in talia, in quæ uenit noster Hiob. In crepat, s. Deus. Marcescere, id est, perire. Eius, hominis. Panis, cibus. Quæ tecta fuerant, s. carne.

Nudabuntur, s. marcescente corpore, quod sit afflicti ipsis. Angelus, nuncius. Annunciet hominis, s. sic afflicti. Et dicet, s. angelus ad deū. Si fuerit pro eo angelus. Hæc sententia falsa est, quasi deus propitius homini propter æquitatem eius, quæ reperitur in eo. Quodcumq; ergo uolucris intelligere per angelū, nihil id nostra refert in uerbis stulti hominis. Inueni, s. in homine. Videtur dicere de angelo percutiente, qui percussit hominem iubente deo, sicut in sacris historijs quandoq; legimus. Reuertatur ad dies. i. reddatur ei sanitas. Faciem eius, hominis. Videbit, s. deus.

In iubilo, i. hilariter respiciet eum. Et dicet, s. homo resti

mo resipiscēs. Nō rēpi, s. p. meritis peccatorū. Tri-  
bus uiaibus. i. s. sepe, nō semel. Per singulos) in singulis  
hoībus. A corruptiōe) dānatiōe. Lucē uiuentiū) uita.

## C A P V T XXXIIII.

Pronunciāns itaq; Heliu etiam hęc.

Iudiciū eligamus. i. illos qui iudicent inter nos. In  
iudicando enī me est mendaciū. Quasi uerba Hiob fal-  
so refert. Mendaciū est) falsa res est, deus non uere  
agit. Sagitta, plaga. Violenta. i. iniuste à deo lata.

Quis est uir, s. iniquus. Qui graditur. Ex hebræo.  
Qu: graditur ut sit particeps cū operantibus iniqui-  
tatem. Etiam si cucurrerit cū eo) si fecerit oīa prae-  
cepta eius. Iniquitas, s. absit. Reddet, s. deus. Secun-  
dum quod fecit reddet unicuique. Ei, id est, homini.  
Frustra, id est, sine causa. Subuertet iudiciū) non  
iniquē iudicabit. Quē constituit, s. iudicem. Alium,  
s. à se. Si dixerit, s. deus probare uolens eum, id est,  
orbem, uel quēcunq; hominē. Non placet deo. Ex he-  
bræo. Non par aestimabitur uir suę uoluntatis studio  
cū deo. Ad eum, s. orbem uel hominē. Trahet spi-  
ritum, id est, penitus extinguet eum. Spiritum & fla-  
tium) uitam. Deficiet simul, s. si direxerit cor suum  
deus. Qui non amat iudicium, s. medici. Qui iu-  
stus) ut tibi uideris. Apostata, s. tu. Qui dicit  
regi. Qui, s. Deus. Nulli sunt in conspectu Dei

E 4 etiam

A N N O T A T.

etiam potentissimi. Quum disceptaret, s. tyrannus. Vniuersi, omnes homines. Subito morietur, s. praedicti si ipse iudicet. In media nocte) quando solet omnibus esse quies. Turbabuntur, s. instigati à deo ad tumultu, ad occidendum principes. Violentum, id est, iniustu principem. Absq; manu, id est, non magno negotio. Stare faciet alios pro eis, id est, alios surrogabit in locum principum. Inducet noctem, id est, tenebras occasionis & aduersitatis. In loco uidentiu, id est, hic ubi uidere potuerunt, et reuerunt luce. Quasi de industria, quasi libera uoluntate. Ut facerent peruenire. i. sic egerunt, sic neglexerunt iudicium, ut cogentur oppressi clamare ad Deum contra iudices.

Quis est qui contempletur? Quis est qui poterit expectare eius auxiliu? Et super gentes, s. ipse est. Qui regnare facit hypocrita. Digna sententia pro episcopis nostris. Facit, s. iusto iudicio. Ad deum. i. pro deo. Videtur urgere Hiob, respondere nolentē stulto.

Nunquid à te deus & c. Si me iudicas peccare quia loquor, nonne te ipsum condemnas qui talia quoq; locutus es, & propterea non ego coepi. Tu primum impie dixisti, alioquin ego tacuissem. Expetit eam, s. iniquitate. Quia displicuit tibi, s. in me. Disciplinā) eruditionem dei. Pater mi, ò deus. Probetur Hiob usq; ad finē, id est, non cesset manus tua super eum. Ab homine iniquitatis, ab homine iniquo. Hebraismus est.

Super

Super peccata blasphemiam. Ultra hoc quod peccavit, etiam blasphemavit. Inter nos, in hac uita. Et tunc, s. comprehensus iusto iudicio.

## C A P V T XXXV.

Igitur Helium hec rursum locutus est.

Iustior deo sum. Hoc iterum mentitur, quia non dixerat hoc Hiob. Quid tibi perdit. Refert uerba Hiob.

Homini qui similis tui est. Potes proximo tuo nocere, deo non poteris. Homini poteris benefacere et malefacere. Deo uero neque bene neque male. Clamabunt s. homines. Et non dixit, s. impius. Carmina, id est, reuelationes. In nocte. De reuelationibus in nocte supra cap. 33. Super iumenta terrae, id est, ut sapiamus plus quam bruta. Ibi clamabunt, s. oppressi. Non exaudiet, s. ad tempus. Frustra audiet, s. clamorem.

Non considerat, s. deus. Et expecta eum, id est, iudicium eius ne negliges. Nunc, id est, in presenti uita non corripit scelera digne. Non infert, s. ualde. Valde, id est, pro meritis. Minus percutit quam meruerit homo.

## C A P V T XXXVI.

Addens quoque Helium hec locutus est.

Repetam scientiam à principio. Ex hebraeo. Ab ijs que longe sunt, id est, que non sunt omnibus ita cognitae. Operatorum, creatorem meum. Probabitur, E s ostende

A N N O T A T.

ostendetur. Non abiicit) propter inuidiã. Et iudicium  
 paupibus tribuit) iudicat p paupibus. n ppetuũ collo  
 cat in solũ) firmat regno. Et si fuerit in cathenis. Sniã  
 est. In tribulatiõe ostendit deus nobis peccata nostra.  
 Reuelabit quoq; aurẽ corũ) loquetur ad eos. Cõsumẽ  
 tur) peribũt. In stultitia, in ignorãtia dei. Nõ intelligit  
 hæc Heliu q̃uis recitet. Nos interim tamẽ exponamus  
 Simulatores, hypocrite. Neq; clamabunt, s. ex corde  
 ad deũ. Si uinẽti fuerint. i. si in tribulatiõe fuerint. In  
 tempestate, angustia. Et uita, s. morietur. Inter effœ=  
 minatos, id est, stultos. Reuelabit, cõsolabitur eũ, faci  
 et eũ audire suum sermonem. Latissime, s. infrã, intus  
 patẽte. Et non habẽte fundamentũ subter se) exponit,  
 qd sit latissime. De inferis loquitur. Requies, uoluptas  
 Pinguedine) pinguibus cibus. Iudicata est, s. iam.  
 Causam iudiciumq; recip. i. causa tua erit bona. Nõ te  
 ergo) s. postq̃ fueris restitutus. Docet enim in futurũ  
 iustũ et uiuere et iudicare. Inclinet te, s. ut puertas iudi  
 ciũ. Depone magnitudinẽ) mitis esto in rectoratu.  
 Absq; tribulatiõe) nõ coactus a deo ut nũc. Et, s. depo  
 ne. Robustos, uiolentos et oppressores pauperũ. Ne  
 protrahas) ne differas cõtra uiolentos agere, ne disse  
 rendo uulgas ad se trahãt et impediatur iustitia. Ne  
 protrahas noctẽ) ne differas in noctem. Pro eis, s. uio  
 lentis. Ad iniquitatẽ, id est, in iustũ iudiciũ. Post mise  
 riã) postquã es pcussus. Legislatoribus, iudicibus. Vi  
 ri. s. sapien=

ri, s. sapientes scripserūt, aut dixerunt. Oēs hoīcs ui  
 det eū, s. p. creatā, ad Rom. 1. Procul, à lōge, hoc est, p.  
 creaturā. Nūerus annorū inestimabilis) est æternus.  
 Qui aufert stillas) facit ut nō pluat. Prætexūt, s. caligi  
 ne. Lumine, fulgore. Operiet, s. caligine tempestatis.  
 Iudicat, id est, terret populos. Et dat escas) quia solēt  
 sequi pluuia, quibus fecūdatur terra. Abscōdit lucē,  
 ut sint meræ tenebræ. Annunciat, s. deus. De ea, luce.  
 Amico suo) p. o. hoī. Quod possessio eius sit, s. lux. i. q.  
 lux sit ei æterna, et q. tenebræ non ueniāt super eum.

## C A P V T XXXVII.

Super hoc expauit cor meū et emotū.

Tonabit in uoce sua) per uocē. Et hycnis pluiijs, id  
 est, tēpestuosis pluiijs, s. præcipit. Fortitudinis suæ,  
 id est, copiosissime. Qui in manu) prudentiā dedit ho  
 mibus ut sciāt quæ quo tpe agēda sint. Ingredietur be  
 stia) quæq; bestia nouit latibulū suū, et prouidere sibi.

In antro suo morabitur, s. q. a deus hoc ei indidit. Ab  
 interioribus. i. polo antarctico, qui semp est nobis oc  
 cultus, aut simpliciter. Ab interioribus. i. occultis. Si  
 cut psal. 134. Qui producit uentos de thesauris suis.  
 Tēpestas, uentorū. Ab arcturo frigus, Ab arcturo  
 flat boreas. Desy. nubes, pluiias. Spargūt lumē, s. red  
 dita serenitate. Lustrant, id est, peruadunt uel a  
 deunt aut pluuia, aut serenitate. Ad omne, s. opus.

Siue

A N N O T A T .

Siue in una tribu, id est, in uno loco ubi habitat una tribus. Siue in terra sua, s. tota. Vt ostenderent, id est, ut cessantes redderent claritatem. Vt ostenderent, s. pluuie. Allegoriã notat, ut Hiob ex uisibilibus inuisibilia cogitet, q. d. percussit quidem te deus, hoc est, tempestate te inuasit, & potest cū uult tibi reddere serenitatem. Calida sunt, id est, sentis caliditatem in corpore. Auster enim calorẽ excitat. Tu forsitan. Quid intumescis contra deum? quare non dedisti ei consiliũ, ut aliter faceret sua? Quasi are, quasi ex are. Ostende nobis, hoc est, ne hæc quidẽ corã deo, quæ loquor, aliquis dicere poterit, et coram eo stare. Tenebris, s. ignorantie. Quis narrabit ei, id est, corã eo. Etiam si loquutus fuerit, s. coram deo. Deuorabitur, id est, non poterit sustinere, consistere. At nunc, quandoq; Non uident lucem, s. impediẽte tempestate. Cogatur in nubes, congregabitur in nubes. Ab Aquilone. Non mirum si aurum ueniat ex locis calidis, quũ uirtute solis dicatur nasci in terris. Mirum uero q̄ & ex Aquilone uenit. Nullibi est manus dei abbreviata. Et frustra nititur homo cõprehendere ratiõẽ opera dei. Potes quoq; per adagium accipere. Ex aduersis etiã bona proueniũt artificio dei. Id quod nulla cõprehendet ratio humana, quæ solet in talibus ad desperationem adigi. Et à deo formidolosa) potius de deo. Laudatio formidolosa, s. est. hoc est, homo cū formidine laudat deum

dat deum. Nam homo semper timet se nō digne laudare deum. Eum, id est, laudē eius. Nō potest enarrari, s. deus. Contemplari, in uultum eius. Omnes qui sibi uidentur sapientes) Nemo cupit prodire in conspectum eius sine timore, ut Hiob.

## C A P V T X X X V I I I.

Respondens autē dominus Hiob de.

De turbine loqui dicitur dominus, quando terret aduersarios, aut alioqui terret suos. Nam etiam Hiob terret. Quis iste? Vno uerbo dominus damnat omnia Heliu, quē præterea nō corripit, sed sibi derelinquit.

Inuoluens sentētias, multa implicans nullo ordine.

Sermonibus imperitis) quos ne ipse quidem intelligit. Accinge sicut uir. Ostendit dominus Hiob, q̄ non recte cupierit cum deo disputare. Sed si non peccauit Hiob, quare ergo eum increpat? Quis enim cognouit mentem domini etc. Rom. 11. Quoniam ex ipso et per ipsum etc. Qui mirabiliter omnia creauit, is quoq; mirabiliter omnia gubernat secundum suam uoluntatē, cui oportet ut nostra uoluntas subdatur. Accinge, o Hiob. Sicut uir) esto fortis robore. Vult ut Hiob confortetur spiritu, alioqui uocem domini, ad quā oīa tremunt, audire nō potest. Sic et apd' Daniel. rex q̄ cecidit Dan. 2. rat, audita reuelatiōe dei, erigitur ut audiat. Accinge) Sicut in prouerbijs. 31. Accinge fortitudine lumbos tuos

bos tuos



A N N O T A T

bos tuos. Et respōde mihi) q̄ cupijsti disputare mecū.

Si habes intelligentiā) si talia nosti. Aut quis demi-  
sit lapidē) quis posuit terræ fundamēta? Quū me lau-  
darent, id est, cum essent iam creati angeli laudatores  
dei. Astra matutina, mane orientia. Quasi proce-  
dens de uulua, quasi iam natum. Vestimentum, ope-  
rimentū Gen. 1. Tenebræ erant super faciem abyssi.

Et dixi, s. ad mare. Ipse singulis creaturis præcepta  
dedit, secundum quæ adhuc agunt. Nulla enim quod  
natura inditum habet transgreditur, ut in Psal. 148.  
Et præceptum dedit & non præteriiuit. Vsq; huc, id  
est, usq; ad littus. Tumentes, id est, erumpere uolent-  
es. Sic quoq; Deus comprimit omnem tumultum ab  
hominibus excitatum. Nunquid & c. Scilicet sicut  
ego solus. Post ortum tuum, id est, postquam natus  
es. Et ostendisti, s. sicut ego. Et excusisti) De diluui-  
loquitur. Restituetur) interrogationē esse puto ut cæ-  
tera. Restituetur, per te. Signaculum, id est, homo ad  
similitudinem dei factus, sed peccato fractus. Et sta-  
bit, id est, permanebit. Sicut uestimentū) innouatur.  
Sicut in Psal. 110. Sicut opertorium mutabis eos, id est  
cælos & c. Restituit deus homines terris post diluui-  
um, sed proprie per Christum restituit imaginem suā  
Qui et reformabit corpus humilitatis nostræ etc. Ut  
lutū, s. restituitur. Aufereitur, s. nunquid per te. Lux,  
id est, gloria. Et brachium excelsum, id est, fortitudo  
eorum

Hoim re  
stitutio.

Philip. 3.

eorum. Deambulasti, s. sicut ego. Porta mortis, id est,  
 inferorum. Sicut in psal. 138. Si ascendero in caelum, tu  
 illic es. Si descendero ad inferuum, ades. Indica mihi.)  
 Dic ubi erant omnia quum crearentur. Habitet, id est,  
 sit. Ad terminos suos, hoc est, ad naturam suam. Domus  
 habitationis. Eius, uniuscuiusque rei. Thesauros, lo-  
 cos absconditos, id est, scis tu locum unde nix uenit? Et  
 tempus hostis. i. quibus solco percutere aduersarios.  
 Per hoc apparet non solum de grandine eum dicere, sicut  
 grandine percussit Aegyptios. Sed etiam de iudicijs  
 alijs horrendis. Spargitur, s. super terram. Absque ho-  
 mine in deserto in loco ubi non est homo. De cuius  
 utero, id est, quis genuit glaciem? De caelo, ex aere.  
 Aquae duratur. s. gelu. Abyssi, s. aquarum. Nunquid  
 coniungere ualebis quae non coniunguntur. Dissipare, a  
 se separare. Super fines, ad occasum. Ordinem, admini-  
 strationem, gubernationem. Eius, s. caeli. In terra, s. nun-  
 quid. Pones rationem omnim reddes rationem. In nebula. s. si-  
 cut ego. Dicet tibi) sicut dicunt mihi. Quis dedit gallo  
 intelligentiam? Gallus nouit noctis horas et aeris muta-  
 tiones. Quis posuit in uiscer. Ex hebraeo quoque sic le-  
 gi potest. Quis posuit abstrusorum scientiam. Vel quis de-  
 dit cordi intelligentiam. Rationem, modum, administratio-  
 nem. Dormire, cessare. Quando fund. s. separata aqua  
 Gen. Numquid capies praedam leonae) numquid tu uidebis ani-  
 mabus, ut ego provideo, qui etiam quibusdam et despe-  
 ctissimis

Etissimis

A N N O T A T.

Atissimis prouideo mirabiliter, ut rapacibus quibusdam  
& insaturabilibus animantibus, ut pullis coruorum  
omnino derelictis. Psal. 146. Qui dat iumentis escam  
&c. Vide quoq; caput sequens.

C A P V T XXXIX.

Nunquid nosti tēpus partus ibicum.

Ibices sunt capræ syluestres. Incuruantur ad  
foetum, s. ceruæ. Quis dimisit onagrum? Aliud mira  
bile. Quædam animantia seruiunt homini, quædam  
omnino sunt indomita. Liberum) ut non seruiat. Et  
uincula, id est, ego feci eum liberum à seruitute. In ter  
ra falsuginis, id est, sterili. Contemnit multitudinem,  
id est, non uult esse inter homines. Exactoris, s. ho  
minis. Post te, s. arantem. Labores tuos) agros  
arandos. Aream tuam) fruges in area. Similis est,  
nō tamē per eam uolat, sed in cursu ueloci adiuuatur  
Simul enim uolat & currit struthio. Herodius, ar  
dea. Obluiscitur, non curat. Duratur, induratur,  
non curat filios. Frustra laborauit, s. in partu. Ti  
more, cura. Sapientia, id est, cura filiali. Deridet,  
cōtemnit, Struthio oua sua negligit, sed fotu solis pro  
duntur foetus, sic curante Deo. Circundabis, dabis.

Suscitabis, s. ad bellum Quasi locustas, id est, in ma  
gna copia. Terror, s. est. Super ipsum sonabit pha  
retra) quia ille habet pharetram qui equo insidet. Sor  
bet, id

bet, id est, sorbere uidetur pedibus ferociendo. Exhortationem ducum, s. odoratur. Nunquid accipiter) Dicitur accipiter ingrauescens senectute, expandere alas ad austrum, id est, uentiū calidum, & sic perdere pennas, & recrescentibus alijs, rursus iuuenescere. Et adiecit dominus) Quia Hiob postulauerat disceptare cum deo, iam rursus exigit deus ut respondeat Hiob. Qui contendit cum deo, s. ut tu. Conquiescit, id est, tacet. Qui arguit deū, s. ut tu. Leuiter, temere. Ex hebræo. Ecce inuerecunde egi, uel inhonorauit, quid respondebo tibi? Vnum locutus sum, quando maledixi diei. Et alterum, s. quando uolui coram deo innocens uideri. Hic aperte uidemus q̄ nemo mundus est in conspectu dei. *Vera poenitentia.* Quibus ultra non addam, *nitentia.* Hec est uera poenitentia.

## C A P V T XL.

Respondens aut̄ dominus Hiob de De turbine) quia adhuc terret. Nunquid irritū facies? Ex hebræo. Num iratus dissipabis iudiciū meū, & impiū me probabis, ut te iustifices? Decorem, gloriam. Et speciosis uestibus induere, id est, gloriosus appare. Absconde eos in puluere, id est, occide. Et facies eorum) uel gloriam, uel personam eorum. Vide quā dure loquatur contra eos, qui se ex suis meritis uolunt iustificari. Et hic locus satis esset ad refellendos eos

F dos eos

A N N O T A T.

dos eos qui cōtra iusticiā dei sunt, & suis uiribus quaerunt salutē, quæ solius dei opus est. Ecce Vehemoth. Sub nomine Vehemoth, id est, animalis terrestris, ut puta elephantis aut alterius immanis bestiae, describit diabolum. Nam se dominus exponens addit: Ipse est principium uiarum dei, id est, inter primas à deo creatas creaturas ipse est. Item eundē describit sub noīe Leviathan, id est, Ceti, ut ostēdatur & terra & mari suam exercere tyrannidē: Aut principem esse non solum huius mundi, sed & abyssi, id est, inferorū. Nam & hic se dominus exponit dicens: Ipse est rex super omnes filios superbiae. Ecce Vehemoth quē feci tecum, id est, creauī sicut te. Fœnum quasi bos comedit, id est, carnales. Omnis enim caro fœnū Esaiæ. 40.

Fortitudo eius in lumbis eius, id est, in concupiscentijs hominum regnat. Stringit caudam suam, id est, fortiter tenet quos post se trahit. Nerui testicularū qui his implicati fuerint, nō possunt explicari nisi manu misericordiae dei. Ossa eius. Timendum ergo nobis, qui sumus uasa testacea, ne omnia cōfringat si cœperit nos conculcare. Cartilago &c. Ergo uī humana non est uulnerabilis. Infra enim dicitur: Non est super terram potestas quæ ei comparetur. Qui fecit eum etc. id est, potestate suæ tyrannidis uti non potest, nisi permittente deo, ut uides quoq; in Hiob. Accepit quidem tyrannidem, sed uti non potest, nisi quantum permittit

permittit deus. Qui fecit eum, id est, deus. Applicabit gladium, dabit potestatem. Huic montes, id est, superbi & contemptores dei. Ferunt herbas, id est, foenum, ut supra, Carnales comedet. Regnum enim eius est super oēs filios superbiae. Et sicut dei regnum est in fide credentium, ita illius regnum est in infidelitate superbiorum & impiorum. Ideo sequitur: Omnes bestiae agri, id est, deum non agnoscentes, qui sunt sicut equus & mulus, in quibus non est dei intellectus, Psal. 31. qui sola terrena amplectuntur, unde dicuntur bestiae agri. Hi, inquam, ludent, id est, uoluptatem suam habebunt. Ibi, id est, in montibus ubi praeda est Vehmuth. Aut accipe bestias agri angelos inferorum, qui terra pascuntur, id est, terrena sapientes comedunt, sicut dictum est serpenti, Supra pectus tuum gradieris, & terram comedes Gen. 3. Haec bestiae ludunt in infidelibus. Sub umbra dormit, id est, fugit Solem iusticiae princeps tenebrarum. Si quid uero lucis euangelicae alicubi coeperit affulgere, illic turbatur quies eius, & incipit commouere regnum suum aduersus ueritatem. In secreto calami, id est, ubi non clamatur contra eum uerbo dei, ubi omnia foris quidem splendent & solida uidentur, intus autem sunt uacua, ubi non aliud est quam splendida hypocrisis, & titulorum sanctitatis & potentiae inanis iactantia. Vnde Christo illudentes dant arundinem pro sceptro in manus. De hac bestia in Psal. 67.

F 2. Increpa

A N N O T A T.

Increpa feram arundinis. In locis humentibus, id est paludinosus. In immundicijs gaudet ut sus in uoluta bro luti. Contra in Euangelio dicitur Matth. 12. Ambulat per loca arida, quærens requiem & nõ inuenit. In illis enim non habet requiem. Umbrae umbrã protegunt, id est, tenebræ super tenebras sunt ubi ipse quiescit. Arbores enĩ infructuosæ faciunt ei tenebras densiores, ut non deprehendãtur opera tenebrarum.

Salices) Salices præterea & in hoc damnantur, quia licet ad torrentẽ posita sint, tamen ne sic quidem afferunt fructũ. Significant ergo illos, qui, etiamsi alluat aqua salutaris sapientiæ uerbi dei, tamen ne filo quidẽ fiant meliores. Absorbebit fluumũ & c.) Fluumũ generali nomine dixit, Iordanẽ autem qui in Iudæa erat, ubi deus colebatur, speciali nomine appellat. Quũ uero aquæ populi sint Esaie. s. et Apocalyp. 17. oportet ut Iordanẽ populum dei accipias. Præterea, quia Christus in Iordane baptizatus est, & illic baptismus coepit, cõmode accipere licet populum baptizatum. Allegorie enim interpretandæ, ut sunt in scriptris interpretatæ, Non ut à nobis interpretari possint. Diabolus ergo omnes ubiq; infideles absorbet: & tantum sibi suo promittit astu, ut etiã sibi absorbere liceat populũ dei, à deo per infidelitatẽ auersum. quis hic non timebit? In oculis eius capiet eum) scilicet ille qui uult capere eum, hoc est, nullus homo potest capere eum.

Quemad

Quemadmodū totus contextus habet. Sed solus deus qui id effecit per Christum, & quotidie efficit per uirtutem uerbi sui in credentibus. Vbi enim nos cœperimus uidere, diabolus excœcatur. Primū hamus eius oalis iniicitur ut excœcetur, ut pereat illud lumē mundi & sapientia humana, sapientia diabolica qua hactenus seducti sumus. Ad quā persuasit idem Vchemoth dicens: Eritis sicut dii scientes bonum & malum. De qua & infra, Omne, inquit, sublime uidet. hoc est, quicquid superbum est agnoscit pro suo. Nisi enim hoc lumen primum perierit, lumen dei uerum non agnosceamus. Sudibus, id est, hastis & lanceis. Perforabit nares eius) quibus spirat ignem illū perditionis æternæ (ut in sequētibus uidebis) ut fide dei suscepta, prohibeatur ultra nobis igniuomo ore persuadere impietatem: ut eo ex illis suis umbris extracto, appareat totum corpus nequitiae eius, & non ultra seducat coluber tortuosus. In hamo & in sudibus. In hebræo sic, In oculis eius capiet eū, et in hamo perforabit nasum. Id quod sequitur sub nomine Leuiathan. An, inquit, poteris extrahere Leuiathan? id est, diabolum. Hamo, sicut ego. Lege Esaie. 27. Et fune ligabis linguam) id est, Tu ne extinguas & franges astutam persuasionem eius. Nunquid pones circulū & c. id est, compresses morsum eius, id quod est circulum in naribus ponere, & armillam siue circulū in maxilla. Sic legis

Gene. 30.

E 3 dictum



ANNOTAT.

dictum de rege Sennacherib Esa. 37. Ponam circum-  
 lum in naribus tuis, & frenū in labijs tuis etc. Perfo-  
 rabis maxillam, s. ut non mordcat. Nunquid multi-  
 plicabit & c. id est, nunquid supplices ad te preces fun-  
 det ut uictus. Seruum sempiternum, s. postquā sube-  
 geris. Nunquid illudes ei quasi aui? id est, nunquid de-  
 cipula capies eum, & offeres illudendum? sicut ego,  
 qui solus decipio eum, et trado eū ijs qui mundo sunt  
 despecti & imbecilles, id est, credentibus in me. Ancil-  
 lis tuis, s. illudendum. Ancillis tuis dicit. Nam in domo  
 magna patrisfamilias nihil est abiecius ipsis ancillis.  
 Hoc fecit per Christum, qui coepit Leuiathan, dum ob-  
 iectam carnem inuadere non formidabat. Concident  
 eum amici? s. sicut mei. Diuident illum negoti. id est,  
 astutias eius sibi mutuo aperient negotiatores? sicut  
 mei negotiatores? qbus dicitur Luc. 19. Negotiamini  
 dum uenio. Nunquid implebis sagenas? id est, nūquid  
 reti tuo eum capies? Pones ne super eum manum tu-  
 am? id est, Tu ne tuis uiribus ei aliquid inferes? Memē-  
 to belli, nec ultra addas loqui) Desine Hiob disputa-  
 re uelle cum deo. Memento tantum belli, quoniam nō  
 est tibi colluctatio aduersus carnem & sanguinem.  
 Ipse tādē, qui iam te aliosq; fideles persequitur, sua  
 spe destitutus deiicietur: sed nō uiribus humanis, quas  
 ut audisti hic penitus reieci. Videntibus cunctis) In  
 extremo iudicio uidebunt cuncti.

Ephē. 6.

Caput

**Nō quasi crudelis suscitabo eū. Quis**

Non quasi crudelis) Occupatio dei. dices enī: Tan-  
ta ne in te, o deus, est crudelitas, ut huic bestie tantam  
permittas potestatem in homine? Nam dixisti: qui fecit  
eum applicabit gladium eius. Respondet deus: Non qua-  
si crudelis &c. Quis ante dedit? id est, omnia sunt ex  
me. Sic quoq; soluit Paulus Roma. 11. Omnia quæ sub  
cælo) Ergo licet mihi facere cum meo quod uolo. Non  
parcam, id est, reddam ei cum omni corpore suo (hoc  
est cum impijs) in caput suum omnem maliciam eius,  
nihil attendens siue minetur, siue deprecetur. hoc est,  
sine misericordia agam contra eum. Verbis poten-  
tibus) propter uerba potentie. Et ad deprecandum  
cōpositis) propter uerba ad deprecandū composita.

Quis reuelabit? Nullus nisi spiritu dei cognoscit a-  
stutias eius. Sicut Paulus cognouit. Id quod sic dicit:  
Quis reuelabit &c. Faciem, formam, quid intus la-  
teat. Indumenti) quo se tegit. Transformat enī se in 2. COR. 12  
angelum lucis. Et in medium oris eius quis intrabit?  
Si enim foris faciem eius cognoscere non potes, quan-  
do interiora insidiarū eius cognoscēs? In latebras eius  
introire non licebit, neq; per os, neq; per alia mēbra. Ignis dia-  
Et quisquis ingressus fuerit deuoratur, & regredi ei boli, con-  
non licet. Et præterea tota facies ignem spirat concupi cupiscens

F 4 scentia

A N N O T A T.

tia, ignis scientia, ut fidem auferat & exurat. Quū contra ignis  
 dei spiri- dei, de quo Christus Luc. 12. loquitur, fidem inflāmet.  
 tus est. Portas uultus eius, id est, os eius. Formido, s. est.

Scuta fusilia) area. Ne spiraculum) halitus. Ut  
 palpebræ, id est, fulgor. Prunas, id est, illos qui in  
 concupiscentijs ardent. In collo eius fortitudo, id est,  
 non cedit, & omnia ante se uastat. Morabitur forti.  
 habet forte collū, id est, obstinatissimus & fortissimus  
 est. Egestas, id est, uastatio. Contra in Psal. de Deo,

Psal. 88. Misericordia & ueritas præcedent faciē tuā. Mem  
 bra carniū, id est, membra totius corporis eius, hoc  
 est, omnes filij superbiæ, ut infra, quorum ipse rex est,  
 id est, caput, una impietate & infidelitate coherent.

Mittet, s. eius destructor deus. Quis enim fulmina  
 mittit nisi deus? Per hoc significatur q̄ nulla ui nisi coe  
 lesti conteritur, & fulmina dei certo tangent eū. Sub  
 sistere non poterit, s. gladius. Alioqui nulla arma hu  
 mana timet, lapide & ferro durior et obstinatioꝝ, qui  
 contemnit radios Solis & aurum calcabit. Sub ipso  
 erunt radij solis, id est, minores reputabit sua luce, &  
 sua gloria. Sternet aurum) calcabit aurum. Quasi  
 stipulam, id est, nullam potentiam, & huius lucis glo  
 riam, nullasq; opes uerebitur. Qui cōmouet & per  
 turbat mare, id est, homines huius ad scditiones conci  
 tat, ut diu incendium eius extinguere non possit. hoc est,  
 post eum lucebit semita. Et ponet, s. mare. Vngen  
 ta, s. ad

ta, scilicet ad ignem posita. Lucebit, s. igne. Aestimabit abyssum ) Abyssum infirmum iudicat præ sua potentia. Totum enim mare se sperat exorbiturum, ut supra. Omne sublime, id est, quicquid superbum est, hoc agnoscit pro suo. Superbia proprie in scripturis est contemptus Dei & infidelitas. Non sine causa omisi, quod dicitur. Quum sublatus fuerit, timebunt angeli &c. quod exponunt pro ablatum, id quod cum sequentibus non coheret, quum potius pro exaltatus positum sit ex Hebræo. Aduerte ergo quod hæc omnia de potestate demonis dicuntur sicut uides in conclusione huius capituli. Et male translatum est, quod nos legimus. Mittet contra eum fulmina, & ad locum alium non feretur. Vnde ex Hebræo sic legitur. Membra carnis eius adhærebunt, & fortitudo apud eum non cadet. Cor eius firmum erit sicut lapis, & sicut frustum quod faciet confractiorem (id est, lapis molæ) Et eleuationem eius timebunt fortes, & propter contritiones facient se expiare, id est, propter multitudinem timoris & consternationis &c. Itaque sic intellige. Quum sublatus fuerit, id est, exaltatus, hoc est, quum se ueniendi acceperit à Deo potestatem, timebunt angeli, siue dii, siue fortes, id est, sancti, & territi ex eius exaltatione, & ira Dei quam uident, purgabuntur. Id enim efficit diabolus in sanctis, quibus omnia cooperantur in bo-

F s num.

Superbia.

A N N O T A T.

num. Alij autem qui in talibus securi sunt, immo etiam partes aduersarij adiuuant, omnino peribunt. Ex modo huius purgationis non opus est, ut nunc extra Hiob longius petamus.

C A P V T X L I I.

Respondens autem Hiob Domino dixit.

Iam hic agit Hiob pœnitentiam. Qui celat, s. à Deo. Absque scientia, id est, nesciens Deum. Insuper locutus sum) Si omnia uera & sapienter dicta fuissent, quæ dixit Hiob, ut aliqui exponunt, quid hic diceret, insipienter locutus sum? Quæ excedunt scientiam meam, id est, quæ ego non possum comprehendere.

Quoniam non locuti estis rectum, id est, non deprecati estis culpam ut Hiob. Faciem eius suscipiam) orationem eius exaudiam. Non auertam faciem meam à faciebus ipsorum. Fratres sui) amici & cognati.

Mouerunt caput, id est, admirati sunt. Male trās latum. Nam in scripturis mouere caput est irridere. Hic autem non ita habet. Nomen unius uocauit diem, q. d. Claram. Cassiam, q. d. Rosam. Cornustibij)

bij) Stibium est quo se pingunt mulieres. Dedit autē speciosa nomina speciosis fœminis. Nam propter pulchritudinem eos ita uocauit.

Itaq; uides in hoc libro, quod multa dicere de deo, multas scire sententias sacras, ueris aliōqui dictis uincere aduersarium & multa disputare, nondum sit uere agnoscere Deum, et uera illa fides qua sola coram Deo iustificamur. Melius esset, nihil scire ijs, qui scientia contra proximi charitatem abutuntur, ipsi charitate uacui. Nondum enim sciunt, quomodo scire oporteat. Scientia inflat, charitas autem ædificat. Vides hic quoque, quod non possit fieri, ut innocentia & ueritas in iudicio non damnetur imprimis ab ijs, qui se iustos putant, aut alioqui aliquid esse, quales sunt amici Hiob. Quid, si inimici ad Hiob uenissent, nunquid atrocius damnare potuissent? Iniquum uocant & impium, hypocritam, à Deo maledictum, qui tamen interim sibi iustus uideatur. Sed uel hic uiderelicet, longe aliud esse Dei iudicium ac hominum. Iustum enim ipse pronunciat, quem mundus damnat, & eius orationem suscipit pro sanctulis illis damnatis. Præterea hic habes quod maxima tentatio sit, ubi fides impugnatur. Quod enim diabolo prohibitum erat, ne tangeret animam Hiob, amici nituntur perficere. Sed Deo seruante, pius ac timens Deum, ab ore Leuiathan eripitur, ne infidelitate absorbeatur, &

1. Cor. 8.

tur, &

A N N O T A T.

Suprà  
27.

tur, & discamus Dei adherere ueritati, etiamsi ratio nostra, & totum regnum inferorum contra eum cõ tendat, quibus iuuocato Dei spiritu, confidenter dica mus. Absit à me, ut uos iustos esse iudicem, Donec de ficiam, non recedam ab innocentia mea. Iustificatio nem meam, quam cœpi tenere, non deseram, etiamsi me occiderit, in ipso Deo sperabo. Hoc est, Innocen tia mea stat in Deo, sicut iustificatio mea. Verunta men uias meas in conspectu eius arguam, & ipse erit saluator meus. Non enim ueniet in conspectum eius omnis hypocrita. Miserere mei Deus secundum ma gnā misericordiam tuam, ut iustificeris in sermoni bus & promissionibus tuis, & uincas, quum non es se uerax & iustus in sermonibus tuis, ab aduersario in seductionem illorum qui tibi fidunt, iudicaris.

Supr. 13.

Itaque patienter feramus quascunque contradictio nes. Nouit Dominus nos eripere, ne fides succum bat, in tempore oportuno. Immo hanc gratiam dabit Deus, ut tum primum maiore fide & fiducia fulcia mur, & uere eum patrem agnoscamus, quando ali quando pro fide pugnauerimus, quæ nunquam non impugnatur. Hoc dicit Iacobus capite ultimo. Patien tes igitur estote fratres usq; ad aduentum domini. &c.


A N N O T A T I O N U M  
I N H I O B F I N I S.

ARGENTORATI  
ANNO M.D.XXVI.























Th

378